dit. Vel per hos tres intelligitur vniuerſitas fideliu…
qui in tribus habitibus ſaluantur theologicis, filii a…
tem regni, qui ſcilicet deberent hãc hæreditate te…
ram, propter peccatum ſuum eijcientur in tenebr…
exteriores, quia ſunt conſcientiis & operibus te…
*Pſal.* broſi. Gen. j. Tenebrę erant ſuper faciem abyſſi. Pſ…
In tenebris ambulant. Exteriores, quia ad modu…
fęcis quę foras iacitur, &c. Vel quia ſunt extra ſp…
ſalutis & conſolationis & remedij &c. non enim …
mortua & operibus non uiuificata, ſed charitate…
ua & approbata humilitate, ſic ſanabitur puer & …
tam recipiet. Moraliter. Centurio peccatorem …
gnificat, quia eſt ſub poteſtate conſtitutus. Om…
enim qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Centu…
ideſt multiplicatus in peccato, & in tranſgreſſione…
bet ſub ſe milites, id eſt carnalia deſiderio quæ mi…
tant aduerſus animam, & iſti ſunt prompti ad ob…
quendum uoluntati corporis. Puer eius, id eſt …
*Eccl. 4.* puerile infirmatur. Eccleſiaſt. Væh terræ cuius …
*Pro. 22* puer eſt. Prouer. Stultitia colligata eſt in corde pu…
ri, id eſt multiplicatur in culpa. Huius pueri inf…
mitas eſt in Capharnaum. i. in conſolationibus hu…
mundi infirmatur. Væh vobis diuitibus qui habetis…
ſolationem veſtram. In proſperis non recordatur h…
mo interitus ſui. Iacebat puer per immundam dele…
tionem in domo, nondum. n. conſummata eſt dum…
ta manet temporalis, mors animæ &c.

## FERIA VI. DE DILIGEND… inimicis.

S*Olem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos &c.* Math. 5.] Gratia diuina habet mentem & animam no… illu-



illuſtrare quo ad cognitionem, ideo dicitur [*ſolē.*] Colligare quo ad contextionem, quia unit animam deo, ideo dicit [*ſuū*] Fœcundare quo ad operationem, ideo dicit [*ſuper bonos & malos.*] Sicut enim præſente ſole terra fœcundatur & germinatur, ſic pręſente gratia diuina, anima fœcundatur. Pro ipſa ergo &c. [*Audiſtis quia dictum eſt antiquis &c.*] Secundum beatum Gregorium lib. 28. Moral. ca. 19. Charitas dicitur uinculum perfectionis, quia omne bonum quod agitur nimirū per illam ligatur ne pereat. A tentatione namque citius quodlibet opus euellitur ubi ſolutum uinculo charitatis inuenitur. Et ideo licet omnes virtutes ſimul cō gregaremus, nunquam poſſent ſine charitate noſtram conſcientiam reparare, quia lapides & ligna ſine aliquo ligamento componi non poſſunt immo (quod plus eſt) charitas non ſolum unit & ligat partes huius ſpiritualis ędificij, verum etiam eas aptat vt modo debito diſponantur, puta oculus ad pudicitiam, corpus ad caſtimoniam, auris ad obedientiam, & ſic de alijs omnibus. Et hæc ratio eſt, quia ſenſualitas naturaliter eſt fragilis velut vitium, nihil tamen tractabilius illo in quo ſuccenſus eſt ignis charitatis, ſic uitrū ſuccenſum eſt tractabile plus quàm omne aliud quod ingeri poteſt. Efficitur namq; tenax & tractabile propter ignem, qui eſt charitas. Igitur ſi volumus membra noſtra diſponere, vt templum efficiantur ſpiritus ſancti, per pœnitentiam neceſſarium eſt ipſa diſponere. Et ideo ad hanc charitatem habendam ſaluator nos inducit in euangelio hodierno. In quo duo facit. Aliquid namq; ſuadet, videlicet incendium vt hoſtes diligamus. Aliquid diſſuadet, videlicet uanitatis ludibrium, ut laudes fugiamus. Primum ibi. [*Audiſtis.*] Secundum ibi. [*Attendite.*]

Suadet inquam incendium &c. & dicit ſic. [*Audiſtis &c.*] Odire inimicum, nullum mandatum inuenitur, vt dicit Glo. in corpore legis poſitum ſed ſolum ap-

poſitum ſcribarum traditionibus. Mouebantur tam
ad hoc tenendum ex quatuor uidelicet. Primo qu
Exo. 23. dem ex diuina impoſitione. Exod. Non inibis cum
fœdus. ſ. Chananæis & Amalechitis. i. Reg. 15. de qu
deus præceperat ꝙ nec beſtia reſeruaretur. Et qu
Saul contra hoc præceptum fecerat, idcirco fuera
domino reprobatus. Secundo ex acerba dei flagella
ne, ſicut patuit de Sennacherib, & eius populo. Iſa.
Sunt interfecti ab angelo. 185. millia. Tertio ex p
phetica imprecatione ibi. Confundantur qui me p
ſequuntur. & Dauid. Fiat habitatio eorum deſerta
Pſal. Quarto ex logica argumentatione per locum ab o
poſitis. ſi amici ſunt diligendi, ergo inimici odiend
Sed hæ rationes non concludunt. Prima quidem no
quia particularis dei ſententia & particulare præ
ptum non eſt vniuerſaliter accipiendum. immo eco
trario lex uniuerſalis capit inſtantiam in particul
& propter hoc licitum eſt uti epikeia. Vnde non ob
te lege uniuerſaliter data de non ineundo fędus, ni
lominus tamen fędus inierunt cum Gabaonitis ſu
Ioſue. Dedit tñ deus leges de tranſgreſſionibus & 
Ioſu. 9. ſunt ſeruandæ, nec tamen puniuntur ut hoſtes. Secu
da etiam ratio non concludit, quia deus eſt iudex i
ſtus, & ſic quantum, & quando, & ubi & qualiter q
puniri debeat, non ſcit homo, & ideo dicit, mihi
uindictam tribuo &c. Tertia item non concludit, a
lam enim dicunt beatus Gregorius in libro j. mora
beatus Auguſtinus de ſermone domini in monte,
prophetæ dixerunt non præceptiuè ſed præmiatiu
Quarta inſuper non ualet, quia argumentum ex op
ſitis in lege nedum diuina uerumetiam humana nu
quam tenet: procedendo. ſ. a gratia ad pęnam quia g
tiæ ſemper ſunt ampliandæ, pęnæ vero reſtringend
& hoc trahunt leges a lege diuina, quæ ſemper pu
citra, & præmiat vltra modum vel meritum. Ite
inimici noſtri ſunt per creationem filij dei, ſed in





ni, item fratres noſtri, ſed ægyptii. Item ſunt inſtrumẽ
tum dei, quia ſunt lima amouens rubiginem ſiue ma-
lum. Vnde Chryſoſtomus ſuper Pſal. 137. Inimici no-
bis frequenter talia præſtant qualia dulciſſimi amici
præſtare non poſſunt. Item iuxta dictum apoſtoli, hñt
nobiſcum corpus ſuum in Chriſto. Nunc autem ſi mẽ
bro ſano eſt bonum faciendũ, non tamen propter hoc
malo aut infirmo eſt malefaciendũ, ſed potius eſt ſub-
ueniendum & medicinæ remedium apponendũ immo
quod plus eſt, interdum alia mẽbra ſunt affligenda ꝓ
membri infirmi ſalute; ſicut patet ꝙ infirmitatẽ exiſtẽ
te in oculo fit in ore minutio: procuratur euacuatio
in ſtomacho & interdum cauterium in capite. Item
debet diligere opus dei inquantum eius opus, licet ꝑ
aliud, non inquantum deformetur. Similiter dei imagi
nem. Exemplum de vexillo domini quem diligis, ſi ip-
ſum uideres infectum immunditia, immunditiam odi
res in ipſo, uexillum vero diuinæ iuſtitiæ odire nõ de
bes. Huiuſmodi autem eſt inimicus tuus qui tibi mo-
leſtiam facit. Vult enim deus cor tuum a terrenis leuã
ri, vel facere te creſcere in meritum: & flagellat te per
manum alterius. Exemplum. Non comburitur domus
in qua mortuus eſt & fundus, conſanguineus tuus: ſic
nec deberes perimere illum in quo deus moritur per
culpam, maxime quia ſpem habere potes vt reſurgat ꝑ
gloriam, & dato ꝙ eſſes certus de obſtinatione, tolera
tamen quem deus tolerat, tolera quia tibi vtilis eſt ad
cautelam. Nota quatuor virtutes nos faciunt dei fi-
lios. ſ. fides, charitas, miſericordia, pax. Ratio eſt quia
per fidem regeneramur: per charitatem cõfiguramur,
per miſericordiam confirmamur, per pacem ſimilatio
nem dei noſcimus. Nota vt dicit Chryſoſtomus. Car-
nales filij non ſunt culpabiles ſi non ſunt ſuis parenti
bus ſimiles, quia non eſt in poteſtate eorum corpus fi
gurare, ſed ſpiritualium culpa eſt niſi domino ſimiles
fuerint, quia patris ſimilitudinem perdiderunt. Vnde

Eph. 5. ad Ephe. Eſtote imitatores dei ſicut filii chariſſimi. p
charitate. Et Lucæ. Eſtote miſericordes, vt ſitis filii pa- Luc. 2.
tris ueſtri pro miſericordia. Ioan. Quotquot autem re- Ioan. 1.
ceperunt eum &c. pro fide. Item Matth. Beati pacifici, Matt. 5.
quoniam filij dei uocabuntur, pro pace &c. Fecit deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, ideo non ualet argumentum ab oppoſitis.

*Diligite &c.*] vbi duo ſaluator facit, quia primo ſuadet dilectionem inimici. Secundo adducit ad hanc rationē commotiuum. Quantum ad locutionem oris. [*Orate &c.*] Dilectionem autem ſuadet quantum ad tria, quantum ad affectionem cordis ibi [*Diligite*] quātum ab ſubiectionem operis, [*Benefacite.*] & quantum ad locutionem oris. [*Orate &c.*] Amicitia enim in corde radicatur, ore reuelatur, ſed opere comprobatur. Et eſt aduertendum ꝙ ſapiens homo non ſtatim plantat amicitiā in corde ſed prius diligenter conſiderat, ſignum enim leuitatis eſt amorem faciliter inſerere, & eſt ſignum cordis puerilis. ſed in veritate leuitatis maioris eſt ſignum amorem impreſſum faciliter & agiliter amouere, quia qui amicus eſt, diligit omni tempore, vt ait ſapientia. Et addunt triplicem rationem. & beneficentiam inimici oſtendere. videlicet propter paternam imitationem, ut ſitis filij, propter ſupernam retributionem. per gloriam ſicut eſtis. propter perfectā conformationem. [*Eſtote igitur perfecti.*] Primo per imitatationē. Si enim diligitis vt ſitis filij &c. Deus. n. nunquam deſinit eſſe pater, ſed bene homo cum peccat deſinit eſſe filius. Deutero. Nunquid non ipſe eſt
Deut. 3. dominus Deus tuus, qui &c. qui in cœlis eſt. Auguſtin. Deus eſt in ſeipſo, Vt Alpha & ω: in mundo ut auctor & rector: in angelis vt ſapor & dulcor, in electis ut redemptor & ductor, in reprobis ut horror & terror. [*Qui ſolem ſuum.*] id eſt filium ſuum ſecundum Auguſtinum: vel ſolem, id eſt lumen fidei, & pluuiam, id eſt aduerſitatem [*oriri facit ſuper iuſtos & iniuſtos,*] vt ſicut





iuſti pœnas ſuſtinent propter peccatores, ſic peccatores bona ſuſcipiant propter iuſtos, vt ait Auguſtinus. j. de Ciuitate dei. Dicit autem quod ideo uoluit deus hæc omnibus eſſe communia vt bona non auidius appetantur cum poſſint malis eſſe communia, nec mala turpius fugiantur quibus etiam boni afficiantur. Vel aliter inimici ſunt diligendi, quia de mundo nos
exire compellunt. Exod. Cogebant Aegyptii populum Exod. 7.
exire uelociter. Pſal. Eripe me de inimicis meis domine ad te confugi. Gregorius. Mala quæ nos premunt hic, citius ire ad deum compellunt, quia nos efficiunt vaſa cultui diuino ſicut faber. Iſa. 54. Ego creaui fabrum flantem in igne prunas, proferētem uas in opus ſuum. Auguſtinus. Quod auro ignis, quod lima ferro, hoc facit tribulatio homini iuſto, quia dapiferi noſtri miniſtrant nobis fercula patientiæ, & manſuetudinis: vnde filii dei efficiamur. Vnde aduertendum ꝙ homo poteſt tripliciter conſiderari, vel quantum ad beneficium conuiuendi, & ſic ciuis vel patriota vel conſanguineus poteſt vocari proximus. Illud præceptum diliges proximum, eſt iudiciale vel politicum, & ſic carnales Iudæi diligebant. Alio modo poteſt conſiderari ad naturę participationem, & ſic proximus dicitur omnis homo, & tunc diligere proximum eſt præceptum naturæ. Eccl. 13. Omne animal diligit ſibi ſimile. Vnde. Quod fieri non vis alijs feciſſe cauebis. Tertio modo quantum ad figuram ſiue imaginem quam gerit, & tunc omnis homo eſt proximus, quia conſignatus imagine eadem, redemptus præcio eodem, & commercio productus ab eodem patre, & tunc eſt præceptum gratiæ: diligens proximum. Item ſi ſalutaueritis. Salutare eſt ſalutem alteri implorare. Vnde Glo. dicit ꝙ ſalutatio eſt ſpecies orationis. Item ſi diligitis amicos &c. nam ex amicorum dilectione nullam homo conſequitur mercedem, inquantum diligit, ſi licet poſſet conſequi ex cauſa propter quam diligit, puta

propter deũ ex dilectione meritorum, tales enim non
poſſunt diligi niſi ex charitate. Gloſſa. Et aduerte φ
duo ſunt opera iuſtitiæ perfectæ, ſcilicet declinare a
*Pſal.* malo,& facere bonum, vt dicitur in Pſal. Gregorius.
Minus eſt mala non agere niſi quiſque ſtudeat bonis
operibus inſudare. Vnde de illis qui bona non faciũt,
diſceptabitur in iudicio. Matth.25. Eſuriui,& non de-
diſtis mihi &c. Eſt tamen aduertendum φ nos quadru
plicem habemus inimicum, & quilibet illorum odien
dus eſt in gradu ſuo. videlicet peccatorem qui eſt decli
nandus ſagaciter. Eccl.12. Non credas inimico tuo in
æternum. Prouer.1. Fili mi ſi te lactauerint peccato-
res &c. Inter hos computantur parentes & fratres, Lu-
cæ. Si quis uenit ad me,& non odit patrem &c. nõ põt
*Luc.* 14. meus eſſe diſcipulus. Nota. Gregorius ibi. Quaſi per
odium amatur,&c. Diabolum qui eſt impugnandus vi
riliter, videlicet quia nunquam cum eos debes inire fę
dus. 1. Petr. 5. Aduerſarius veſter diabolus tanquam
leo rugiens &c. cui reſiſtite fortes in fide. Hoc dicit,
quia vt ait Ioannes. j. Ioan. 4. Nolite omni ſpiritui cre
dere. Mundum qui eſt contemnendus & ſpernendus
totaliter. Iacobi 4. Si quis vult amicus eſſe ſeculi hu-
ius, inimicus dei conſtituitur. Carnem ſeu corpus, &
iſte inimicus eſt opprimendus & ſalubriter maceran-
*Heſt.7.* dus & pęnaliter. Heſter. Inimicus noſter peſſimus ip-
ſe eſt Aman &c. Narra hiſtoriam. Aman eſt corpus vel
caro noſtra. Interpretatur enim opprimens vel coan-
*Rom.7.* guſtans. Apoſtolus. Infelix ego homo, quis me libera-
bit de corpore mortis huius &c. Mardocheus eſt ſpiri-
tus, interpretatur enim amara contritio,& ipſe amare
debet conteri & conteritur propter peccatum. Pſalm.
Anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus. Hunc igitur ſpi-
ritum Aman id eſt caro extinguere nititur, accipit li-
gnum, id eſt pernicioſam peccati delectationem, quæ
non facit fructum vitæ, ſed ſolum eſt eſca ignis. Hiere.
2. Sub omni ligno frondoſo tu proſternebaris mere-
trix.



trix. Nota lignum non dicitur niſi quando eſt præci-
ſum,& hoc bene accipitur de domo Aman, quia tenta
tio de carne & delectatio, ſed quid faciendum eſt? He-
ſter quæ interpretatur præparata, intelligitur anima,
quæ ſe præparat vt ſit ſponſa Chriſti. Apoc. Vxor agni *Apo.1*
præparauit ſe, debet etiam duci ad Aſſuerum, qui bea
titudo interpretatur, id eſt ad deum, quia hæc eſt vita
æterna, ideo debet ad eum ire per humilem ſupplica-
tionem: mitigare eum per deuotionem, præparare ſe
per confeſſionem, implorare eum per orationem, &
ab eo petere hoſtis extinctionem qui eſt inimicus gen
tis Iudæorum. Ad Galat. v. Caro concupiſcit aduer-
ſus ſpiritum. & tunc debet ſuſpendi per macerationē
pœnalem in ligno. ſ. pœnitentię, ut quod fuit ſibi cau-
ſa delectationis ſit ſibi flagellatio caſtigationis, & tũc
Aman id eſt corpus moritur peccato: & Mardocheus
id eſt ſpiritus viuificatur. ad Rom. 4. Si ſpiritu facta
carnis mortificaueritis uiuetis. Sequitur. [*Attendite
ne iuſtitiam ueſtram faciatis &c.*] vbi Saluator aliquid
ſupponit, ſcilicet quòd debemus opera iuſtitiæ exerce
re, ſed imponit nobis modum. Eſt autem iuſtitia qua
redditur vnicuique quod ſuum eſt, & ideo nomine iu-
ſtitię poteſt intelligi omnis actus uirtutis, maxime qui
ſe extendit ad alterum. Et ideo ieiunium eſt actus iuſti
tiæ, quia per ipſum homo impendit corpori caſtigatio
nem ut menti non reſiſtat. Similiter eleemoſyna eſt
actus iuſtitiæ, quia imploranti eſt debitum ſubuenire.
Similiter debet proximo dilectionem etiam inimico,
ſicut ſuperius dictum eſt,&c. Specialiter autem facit
mentionem de eleemoſyna, ad quam faciendam nedũ
diuinum præceptum, verumetiam naturalis ratio nos
inducit. Similiter etiam commodum temporale. Elee-
moſyna enim non ſolum animæ confert medicinam,
verumetiam temporale lucrum procurat. vt de hoc ha
bemus exemplum naturale. Videmus enĩ quòd aquæ
putei ſi frequenter hauriatur ſuauior efficitur quo ad
guſtum,

guſtum, ſimiliter pulchrior redditur, ulterius uiuaciu[s] ſcaturit, nec ex tali hauſtu minuitur, ſed augetur. Qu[od] ſi nõ hauriatur ſordeſcit, & quodammodo marceſcit, venarum etiam fluxus præpeditur, ſic eleemoſyna cũ de puteo diuitiarũ hauritur, reddit ipſas puriores quo ad conſcientiam, ſapidiores quo ad interiorem guſtũ, facit ipſas diuitias multiplicari, q̃ a mari diuinæ exuberantiæ ſunt plenæ, & per occultam dei prouidenti[ã] quaſi per abſconditas uenas hominibus largiuntur. Sed aliqui ſunt de genere uulturis, cuius natura eſt a lõge odorare cibum & odorem velocius imitari, & quanto plus ſeneſcit, tanto plus eius roſtrum amplius obliquatur. Prædam inſuper quam accipit aliis auibus nõ communicat, ſed quod comedere non poteſt reponit in nido, intantum vt idem cibus putreſiat, ſicut facit auarus. Odoratus enim procul lucra & odorem lucri feſtinat, & quæ lucratur aliis non communicat, ſed reponit in nido, quia filiis ea reſeruat, & interdum corrũpuntur, dum. ſ. per filios inutiliter conſumuntur quæ caute fuerant conquiſitæ per patrem.

## SABBATO POST CINERES.
### De pœnitentia, ad inſtar nauis.

C'*Onfidite, ego ſum, nolite timere. Marc. 6.*] Gratia dei habet confortare & animare contra tepiditatem ibi.[*Confide.*] roborare contra debilitatem.[*ego ſum.*]ſecurare contra timiditatem. [*Nolite timere.*] [*Cum ſero factum eſſet erat nauis &c.*]ſecũdum q̃ ait beatus Gregorius. 8. Moral. c. 44. exponens illud Iob 7. Viſitans eum diluculo &c. Si poſt virtutum munera animus nulla tentatione concuteretur has habere a ſeipſo gloriaretur. Viſitat igitur eum dominus ſuæ beneficio gratiæ, & ſubito in certamine ipſum ꝓ-

bat,



bat, nec tamen tentatum, ſic eum exponit ut in tentatoris manibus derelinquat, quinimmo ut ibidem dicit lib. 2. ſtatim poſt commiſſionem moleſtiæ ſeu pugnæ comitatur pro tentationis cuſtodia. Et licet de hoc habeamus exempla in ſcriptura q̃ plurima, hoc tñ proteſtatur euangelium hodiernum, quemadmodum ſuperius dictum eſt. In ipſo namq; inſtruimur ſub figura laborantium in mari, quibus aſtuit dominus cõfortans eos, & de periculis eruẽs, qualiter nobis in exercitio & labore pœnitentiæ poſitis debemus ſperare p̃ſidium & tutamen. Et tanguntur quatuor in ſerie præſentis euangelij. Primo ortum periculum imminentis naufragij. [*Cum ſero.*] Secundo gratum ſolatium aſſiſtẽtis præſidij. [ *Et circa quartam uigiliam*. ] Tertio celſum prodigium euidentis miraculi. [*Et ceſſauit uentus.*] Quarto diuinum irriguum conferentis ſuffragij. [*Et percurrentes.*

Tangitur primo periculum in quo fuerunt diſcipuli, & ponit euangeliſta 6. quæ erant cauſa magni periculi, uidelicet aeris obſcuritatem, quia ſero. Maris tempeſtatem quia mare uentis turbatum. Portus diſtantiã quia in medio mari. Ducis abſentiam, quia Chriſtus qui eſt ductor in terra remanſit. Laborum pęnalitatẽ, quia erant laborantes in remigando. Ventorum improbitatem, quia erat eis uentus contrarius.

Moraliter mare eſt mundus. Nota ſicut in mari ſunt infinita monſtra, ſic mundus producit multa monſtra dum in eo homines turpiter formantur, ut quidã tantum manum. i. opus in eo amittunt, multi oculum id eſt intentionem ad temporalia conuertentes, quidã ſunt ſine capite ſcilicet Chriſto nequiter uiuentes. Itẽ ſicut in mari continue eſt motus, ſic in mundo vana gloria, & ſicut mare corpus mortuum reijcit ſic illos qui ſunt in mundo mortui mundus non recipit ſed abijcit & repellit. Vnda eſt perſecutio ſiue variabilis ſtatus mundi, quo nunc deprimitur, nunc erigitur, nũc

illidi-

illiditur hic,nunc ibi &c. Pſal. Mirabiles elationes ma
ris. Ventus tentatio. Iob. Ventus vehemens irruit &c.
Nauis duplex etiam inuenitur. Lucæ. 5. Vna Ioannis,
Pſalm. & hæc ſignat innocentiæ uitam quæ accipitur in ba-
Iob. 1. ptizante. Alia eſt Simonis Petri, & hæc eſt penitentia.
Petrus enim agnoſcens, Simon obediens, illum ſignat
qui ſe obnoxium domino recognoſcens ad obedien-
tiam dicit cum Paulo. Actuum. Domine quid me vis
Act. 9. facere? Iſtis duabus nauibus vel altera oportet omnem
hominem transfretare ad pœnitentiam niſi uelit ſub
mergi. Pſal. Illic naues pertranſibunt. ſ. hæ duæ neceſſa
Pſal. riæ nobis in ſero id eſt in tenebris huius mundi. De
prima quæ eſt Ioannis. Pſal. Non priuabit eos qui am
Pſal. bulant in innocentia. Nam nauis Simonis Petri facit
ad portum propinquare. Mat. 3. Pœnitentiam agite, ap
propinquat enim regnum cœlorum. De hac igitur na-
ui pœnitentiæ Sap. 14. Exiguo ligno credunt homines
animas ſuas. Nota exiguo, quia parua eſt pęnitentia re
ſpectu peccatorum quæ commiſimus, tormentorum
quæ meruimus, laborum quæ pro mundo toleramus,
præmiorum quæ expectamus. Sunt igitur duæ na-
ues. ſ. innocentiæ & pœnitentiæ. Et aduertendum ꝙ
Sap.14. ex ſecunda peruenitur ad primam. Sapien. Spes orbis
terrarum ad ratem confugiens (id eſt ad pęnitentiam)
ſi remiſit ſeculo ſemen natiuitatis ſuæ. i. innocentiæ
in qua creati ſunt, ad hanc redeunt & reuertuntur.
Per hanc igitur nauem pœnitentiam debemus intelli-
gere, quę omnino nobis neceſſaria eſt, ſero id eſt in ob
ſcuritate huius mundi ſi a mari peccatorum nolumus
abſorberi. Actuum penultimo. Niſi in naui manſeritis
ſalui fieri nõ poteſtis. Et ideo Sap. 10. Cum aqua (id eſt
Sap.10. uana delectatio) deleret terram, id eſt ſubuerteret ha-
bentes terrenos affectus, ſanauit iterum ſapientia. ſ. in
creata quæ nobis de ſalute uoluit prouidere, per con-
temptibile lignum, id eſt per pęnitentiam quæ a mu-
ltis contemnitur.

Sed



Sed aduertendum quod iſta nauis quandoque du-
citur.
Aura diuinæ inſpirationis.
Impellitur vnda mundanæ perſecutionis.
Graditur remo meritoriæ operationis.
Trahitur per exempla ædificatoriæ informationis.

Erant igitur diſcipuli pœnitentes in hac uia & labo
rabant in remigando, quia opus pœnitentiæ laborio-
ſum eſt, ſic omnis virtus eſt circa difficile. Ratio autem
laboris erat, quia uentus id eſt dæmonis tentatio erat
eis contrarius, ſed ſic laborantibus diuinum ſubſidium
non defuit: ideo dicit euangeliſta ꝙ quarta vigilia no-
ctis venit ad eos. Quattuor vigiliæ noctis quattuor
ſunt tentationum modi, in quibus debet homo ſollici
te uigilare, quas tangit Gloſſ. ſuper Pſa. A ſagitta uolan
te in tenebris &c. Omnis enim tentatio vel eſt parua
uel eſt magna. Iterum uel eſt occulta vel eſt manifeſta. Pſal.90.
Si parua, & occulta, ſic eſt ſagitta uolans, negotium per
ambulans in tenebris, ſi parua & manifeſta, ſic eſt ſa-
gitta uolans in die: uolat quidem quia leuiter trãſit in
die, nota quia manifeſta, ſi magna & occulta ſic eſt in-
curſus: ſi magna & publica ſic eſt dæmonium. Vel ali-
ter: quatuor uigiliæ, quatuor ſunt cõſiderationes cõtra
quatuor dæmonis tẽtationes. Tentat. n. per uiã amoris,
laboris, torporis, pudoris, ut homo experiatur in exper
tus. Hieronymus, Dulcius eſſe putat, quod neſcit: & hæc
eſt ſagitta. Secundo tẽtat, ut homo dimittat bonum in
cæptum. Vel tentat quaſi ſit difficile cõtinuare, uel ap-
ponit impedimentum. Tertio ne ſeipſum affligat hu-
militate uel ieiunio, immittit talibus timorem ne in
oculis aliorum uileſcant. Quarto ut bonum differant,
ſpem uitæ proponit. His igitur pœnitens laborat, ſed
ſi uigil permanſerit ſubſidium ſibi conſpiciet adueni-
re diuinum. Nota quod anchoræ huius nauis ſunt ſpes
quæ firmat nauem noſtram ne agitemur fluctibus. Ad
Hæb. Firmiſſimum ſolatium habemus qui cõfugimus Heb.6.
ad te-

ad tenendam propoſitam ſpem. Has anchoras debemus ponere tempore tentationis. Actuum penultimo. Timentes ne in aſpera loca incideramus de puppi mittentes anchoras quatuor optabant diem fieri. Aſpera ſunt loca inferni, puppis eſt finis uitæ ad quam debet homo accedere, quattuor anchoræ quadruplex ſpes, diuina miſericordia præueniente, concomitante, ſubſequente, & glorificante. [ *Quotquot autem tangebant fimbriam &c.* ] Nota Chriſti duplex veſtimentum. ſ. humanitatis, quod primo fuit candidum per puritatem & innocentiam. Matthæi. Veſtimenta eius facta ſunt alba
*Mat.* 17. ut nix. Poſtea fuit purpureum quo. ſ. regnauit a ligno. Iſa. 63. Quare ergo rubrum eſt indumentum tuum? Aliud ueſtimentum virtutum. Apocalypſis. Veſtitum
*Apo.* 1. podere. Prima ueſtimenta non poſſumus tangere, quia ad eius innocentiam vel patientiam non poſſumus peruenire. Vnde non dicitur hic ꝙ tangeret Chriſti oſſa. i. fortitudinem, patientiam, & conſtantiam in paſſione, nec eius carnem, id eſt munditiam natiuitatis & conceptionis, quia impoſſibile eſt ad has peruenire. Similiter ueſtimenta virtutum & conuerſationis eius non poteſt aliquis attingere, ſed ſolum aliquid de extremitate, & illud optime ſufficit ad vitam æternam. Circa huius euangelij moralitatem debemus. 5. attendere.

Quis iuſſit hoc mari ꝙ ſic perturbatur.
Quis ſit iſte motus qui ſic tranquillatur.
Quæ ſit iſta nauis quæ ſic agitatur.
Quis & ille portus ad quem applicatur.
Quiſnamq; ſit tactus quo quiſq; ſanatur. Mare mun-
*Eccl.* 43. dus eſt & periculoſum, quia Eccleſiaſtici. Qui nauigāt mare, narrent pericula eius. Nauis duplex, ſ. Ioannis & Petri. i. innocentia & pœnitentia. Vnde deponendæ ſunt & abijciendæ merces, pro quibus homines ſubmerguntur.

DOMI-



## DOMINICA I. QVADRAGEſimæ. De pœnitentia. Ser. 1.

D*ominum deum tuum adorabis. Matth.* 4. ] Quoniā tam auditoribus quàm predicatoribus uerbi diuini eſt neceſſarium ſubſidium diuinæ gratiæ, idcirco ad ipſam implorandam in uerbo propoſito dominus nos hortatur oſtēdens ꝙ ad ipſam implorandam & poſtulandam tria ſingulariter nos inducunt, quæ ſunt gratiæ largitiua, videlicet.

Eminentia poteſtatis, & excellentiæ. ibi. dominum.
Refulgentia claritatis & ſapientiæ, ibid. deum, id eſt clarum.
Affluentia bonitatis & complacentiæ, tuum adorabilis.

*Ductus eſt Ieſus in deſertum a ſpiritu &c.* ] Teſte Chryſoſtomo ſuper Matth. Homilia. 3. in minori, pœnitentia, cuius typus, eſt uoluntatis emendatio nō naturę. Iſtud autem dictum poteſt probari ex hoc ꝙ ſaluator noſter qui hanc pœnitentiam docere uenit exemplo ac uerbo, naturam infirmam aſſumpſit, nec ipſam pœnitentiam quam tenuit arctam emendauit. Nota Petrum Damianum in Sermone ſanctæ Columbæ, qui dicit ꝙ huius mundi homines qui victorias appetunt, cum bellum ingrediuntur, mollem carnem & qđ debile eſt, tegunt armorum duritie, econtrario Saluator fortitudinem ſuæ diuinitatis intus occultauit & circū uelauit, carnem infirmam quam aſſumpſit, induit congreſſurus cum hoſte. Eſt igitur pœnitentia vt dictum eſt, voluntatis emendatio non naturæ, licet ſit naturæ tranſmutatio de morte ad immortalitatem. Qui ſi per ipſam voluntas non emendatur, non eſt defectus ex parte ipſius pœnitentiæ, ſed potius quia debito modo nō ſeruatur, ut ſibi debitum fructum afferat. Modus qui circa ipſam tenendus eſt, oſtenditur in euangelio hodierno,

dierno, ubi oſtenditur ꝙ eſt neceſſarium ꝙ ipſa radicetur in cordis ſynceritate, [*ut tunc,*] quando Ieſus fuit baptizatus. Roboretur carnis aſperitate. ibi. [*ductus.*] Comprobetur ingreſſus ſynceritate ibi. [*& accedens ad eum.*] cœpit dicere. Conſumetur in guſtus ſuauitate, ibi. [*& accedentes angeli.*] Dic hiſtoriam hoc ordine. Primo de baptiſmo Chriſti qui cõfeſſionem ſignat Lauamini. Secundo de introitu in deſertum ubi ieiunauit. Iſa 1. Et aſſigna rationes de ieiunio, quare tanto tempore. Nota ꝙ primus homo fuerat a deo ſeparatus in loco amœnitatis & affluentiæ, quia in horto deliciarum. ideo Chriſtus intrare uoluit locum aſperitatis, ſterilitatis, & indigentiæ. ſ. deſertum. Nota ſi uis intrare deſertum, laua conſcientiam tuam, & ſtatim ſpiritus ducet te per Iordanem. Dic ergo ꝙ duo ſunt aduertenda, uidelicet primo quid faciendum, quia baptizari & ablui. Secundo ubi, quia in Iordanis aqua, i. in confeſſione. Congrue aũt per Iordanem accipitur cõfeſſio. Eſt enim Iordanis fluuius qui diuidit terram promiſſionis & populum dei ab Arabia, quæ occidentalis & inſidiatrix interpretatur, & ſunt dæmones. Item præbuit iter filiis Iſrael, vnde aquæ ſuperiores ſteterunt, & inferiores non fluxerunt, quia peccata præterita rapientia hominem confeſſio fugat, & futura ſiſtit. Item ferrum quod dilapſum in profundum fuerat, potuit retinere, ſed noluit, quia ad verbum Heliſei ſupernatauit. 4. Reg. Sic hominem crudelem & durum confeſſio, & pœnitentia de profundo iniquitatis ad verbum ſacerdotis, quod eſt verbum dei, eripit & ad ſuperiora perducit. Item componitur ex duobus fontibus, quorum unus dicitur Ior, & alter Dan: ſic pœnitentia a duabus naturis in Chriſto ſumit exordium, i. efficaciam & virtutem, videlicet a diuinitate & humanitate eius, ab vna effectiuè, & ab altera meritoriè.





## IN EADEM DOMINICA, etiam de pœnitentia. Ser. II.

DUctus eſt Ieſus in deſertum a ſpiritu. Matth. 4.] Prædicatio diuini verbi requirit ſcientiam & ſapientiam. Eccl. Antequam loquaris diſce. *Eccl. 18.* Sapientia autem & ſcientia requirunt meditationẽ. Eſt enim meditatio mater ſcientiæ, ut ait Hugo de arca myſtica. Meditatio autem ſolitudinem requirit. Sedebit ſolitarius & tacebit, quia leuauit ſe ſuper ſe, vt dicitur Thren. 3. Vnde Philoſophus. 7. phyſic. Sedendo & quieſcendo fit aĩa & ſciens & prudens. Ad hanc autem ſollicitudinem ſine gratia diuina homo peruenire non poteſt. Nam & ipſe Saluator ductus eſt in deſertum a ſpiritu. idcirco pro gratia impetranda &c. [*Ductus eſt Ieſus in deſertum à ſpiritu.*] Quanti fructus &, quantæ vtilitatis ſit pęnitentia quæ hodie inchoatur, ſatis innuit beatus Auguſtinus in libro de pęnitentia ſic dicens. Pœnitentia languores ſanat, leproſos curat, mortuos ſuſcitat, ſanitatem auget, gratiam conſeruat. Claudis greſſum, ſurdis auditus copiam, cœcis reſtituit uiſum, uitia fugat, uirtutes exornat, mentem nutrit & roborat. Et intelligi debent uerba præmiſſa moraliter. Nam homo incurrit per peccatum lãguorem quantum ad intemperiem virium, lepram quantum ad deformationem naturæ, mortem quantum ad extinctionem gratiæ, infirmitatem quantum ad inclinationem ad peccatum, obliquitatem quantũ ad effectum, ariditatem quantum ad carentiam deuotionis, cuius humorem exiccauit ardor mali deſiderij, qui tanquam calor febris conſumit humidum radicale, cæcitatem quantum ad intellectum, in quo peccatũ generat uitiorum monſtra, virtutum confuſionem, amentis inſtabilitatem. Ideo dicit Auguſtinus pœnitẽ-

tia. ut ſupra &c. Eſt enim pœnitentia tanquam ſpiri tualis medicina, & ſalubris remedii fructus ac radi[x] Attamen ſicut medicina debito priuatur effectu, ni[ſi] præmiſſa diſpoſitione ſumatur & diligenter cuſtodia tur: ſic recte pœnitentia fructum non affert niſi debit[e] aſſumatur. Oportet namque ipſam habere quatu[or] conditiones quantum ad præſens ſicut ſuperius dict[um] eſt. Nam oportet quòd inchoetur & radicetur in cor dis ſynceritate. Iſa. 53. Exite de medio eius. i. pecca[ti]

Iſa. 53. & mundamini qui fertis uaſa dei. Ambroſius de ar[ca] Noe. Principium medicinę eſt cauſam doloris & lan guoris incidere, ne diutius ea quæ nocent ad increm[en] tum ægritudinis miniſtrentur. ceſſante enim incent[i] uo culpę atque delicti, ſimul tutus atque indefeſſus [ri] gor animæ ſe transfundit.

Nota, qui apponit unguentum ſupra uulnus, pri[us] ipſum vulnus abluit & ſtringit, ſic tamen in propo

Heb. 12. ſito ut roboretur in carnis aſperitate. Ad Hebrę. In d[i] ſciplina perſeuerate. Vobis enim tanquam filiis offe[rt] ſe deus, quòd ſi extra diſciplinam eſtis, cuius particip[es] facti ſunt omnes, ergo adulteri & non filij eſtis. Vt ap probetur in ſenſus ſagacitate. Prouerb. Sicut in ign[e]

Pro. 17. probatur argentum, & aurum in camino, ita corda p[ro] bat deus. Vt conſumetur in guſtus ſuauitate, Ad ha[nc]

Mat. 11. nos Saluator inuitat. Matth. Venite ad me omnes q[ui] laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam uos. Deute[r]. 12. Lętaberis & reficieris coram domino deo tuo in [cun] ctis ad [*quæ extenderis*] manum tuam, i. quæ opere imp[le] re ſtuduiſti. Volens igitur beatus Euangeliſta ad ſalu brem pœnitentiam quemlibet inducere, hortatur [ad] ſui Saluatoris exemplar ex quatuor pręmiſſis in eua[n] gelio hodierno, uidelicet ad diligenter expiandum la boris inquinationem. ibi. [*Ductus eſt Ieſus.*] Ad patien ter portandum carnis caſtigationem. ibi. [*Et cum ieiu naſſet.*] Ad prudenter ferendum hoſtis impugnation[em] ibi. [*Tunc acceſſit ad eum.*] Ad effluenter impetrandu[m] mentis



mentis recreationem, ibi. [*Et ecce angeli miniſt.*] Dicit igitur tunc Euangeliſta, tunc. ſ. cum primum exitit a Ioanne baptizatur, præmiſit enim ad literam eius ieiu nio, baptiſmum Chriſti. Sic moraliter debemus pœni tentiæ noſtræ, mentis ablutionem præmittere, quæ fit per confeſſionem, in qua homo noſter interior bapti zatur a Ioanne. i. a diuina gratia. Hiere. 4. Laua a mali tia cor tuum Hieruſalem, ut ſalua fias. Vſquequo morabuntur in te cogitationes noxię: Stultum quippe eſt hoſpitio eos retinere qui omnia furentur, diſſipet, & exterminent, tales autem ſunt noxiæ cogitationes. Sap. j. Peruerſę enim cogitationes ſeparant a deo. Pur gata autem per confeſſionem conſcientia, offerre debe mus deo in ieiunio & fletu de corpore noſtro ſponte oblationem mundam & acceptabilem. Hanc autem oblationem & lotionem pręceperat deus. Leuit. ubi ſic Leui. 1. dicitur. Homo (. ſ. qui ratione & notitia illuſtratur) q obtulerit (ſcilicet libere & ſponte, non uendiderit in tuitu alicuius cômodi temporalis. Pſal. Voluntarie ſa Pſal. 118 crificabo tibi. Deute. 16. Oblationem ſpontaneam of feres iuxta benedictionem dei tui.) ex uobis hoſtiam. i. carnis & corporis macerationem, pro æternis. Apoſto lus. Obſecro uos ut exhibeatis corpora ueſtra hoſtiã Rom. 12. ſanctam &c. Nota hoſtiam, quia ab hoſtibus uſurpatã. uocabatur namq; antiquitus apud gentiles hoſtia, q a dabatur & immolabatur ut daretur & immolaretur de hoſtibus uictoria. Victima autem offerebatur poſt uictoriam, nã Victima quæ cecidit dextra uictrice uo catur. Sed apud Iudęos uocata eſt hoſtia quia ad oſtiũ atrii ſacerdotis deducebatur, ut primo de illa iudica ret ſacerdos utrum eſſet idonea ad immolandum. Se cundo quia ad oſtiũ tabernaculi immolabatur uicti ma. Nota ꝙ uictima inducebatur deo, nõ mũdo ut hy pochritæ vel dæmoni. Iohe. 2. Sacrificium & libamen dño deo noſtro. De bobus in quibus opera miſericor diæ, & ouibus in quibus opera innocẽtiæ ſi fuerit ho locau-

locauſtum, i. ſi ex integro feruore fiat. Holocauſtum. dicitur ab holon quod eſt totum & cauma quod eſt incendium quaſi totum incendium. Erit maſculum. i. nihil fœmineæ mollitei habens & fragilitatis, immaculatum, quia non cæcũ ſiniſtra intentione, non claudũ curua affectione, non ſcabioſum, non permixta tranſgreſſione. Item ſine macula. ſ. hypocriſis & uanæ gloriæ offeret ad oſtium tabernaculi teſtimonii. Primo quidem offerebatur ad oſtium atrij ſacerdotii, & tunc ſacerdos iudicabat, utrum eſſet idonea hoſtia. Oſtium atrii ſacerdotum eſt conſcientia, quæ dat teſtimonium operibus, nam ſacerdos & filii eius ſunt ſecundũ Originem mens & ſenſus eius. Ad placandũ dñm, ad literam. Ponetq; ſuper hoſtiæ caput manus. i. initium bonæ cogitationis, ut ſtatim ſequatur perfectio operis, apponet ſimiliter qui offeret illud holocauſtũ. ſ. ſacerdos & filij, mens & ſenſus, ad oſtinm tabernaculi. i. immunitatem eccleſiæ quæ eſt oſtium pœnitentiæ, & hoc detracta pelle. i. amota quacunq; peccati palliatione uel uelamine excuſationis, artus oſtiæ in fruſta concident. i. oẽs ſenſus ſubtiliter diſcutientur. Caput aũt. i. mentẽ & cuncta, quæ iecori adhærent, i. interna deſideria igne. ſ. contritionis cõburent, inteſtinis. i. in abditis cogitationibus in quibus fęces includuntur, & pedibus. i. actionib. ſiue greſſibus quib. pulueres adhærẽt, lotis aqua, pœnitentiæ. ſ. & lachrymarũ, in holocauſtũ & ſuauem odorẽ dño. i. tunc erit odor ſuauiſſimus domino. Gen. Odoratus eſt dñs odorẽ ſuauitatis. Igitur
*Gen. 8.* hanc oblationem & lotionem præceperat deus. Hanc inſuper in figura Suſanna ſancta illa ſeruauerat Da-
*Dan. 13.* niel. Quæ uoluit caſtitatis præſeruatiua. ſ. pœnitentiã apponere niſi prius præmiſſa lotione. Vbi attende ꝙ hæc Suſanna deuotam animam nobis ſignificat multiplici ratione, quadruplici tñ quãtum ad præſens. Primo quia deſponſata generoſa arra dñali uel ſubarra, quia nata generoſe, & ideo dicitur ꝙ erat uxor Ioa-

chim.



chim. Expone quomodo Ioachim. i. domino præparatus, uel domini reſurrectio, ſignat Chriſtum. Venuſta gratioſe, & decorata ſpecioſe forma ſingulari. Et iõ dicitur ꝙ erat pulchra nimis. Et hic dicas quomodo hanc pulchritudinem cum honeſtate uiro ſuo cui illã dicauerat ſtudebat obſeruare, & idcirco ingrediebatur pomarium pœnitentiæ, ubi plantantur bonæ plantæ, & unde extirpantur herbæ malæ, & inſeruntur herbæ bonæ & fructiferæ. In herbis imbecilles, in arboribus fortes ad pœnitentiam intellige. Licet per hoc pomarium poſſit intelligi diuina prædicatio, utrunque tamen eſt uicinum domui, quia coniunctũ eccleſiæ. Ingrediebatur aũt illud pomarium cum duabus puellis claudens ſuper ſe oſtium ut lauaretur & inungeretur contra æſtum & c. Impugnata bellicoſe ſine noxa criminali, & ideo duo iniqui ſenes ecce uir. Liberata uirtuoſe palma triumphali, ideo dicitur, Erat uir habitãs in Babylone, ad literam in confuſione mundi habitãs, attamen electus, cui nomen Ioachim, i. Chriſtus præparatus domino. Pſal. Paratum cor meum deus & c. Itẽ *Pſalm.*
reſurrectio domini, quia ipſe eſt quem deus ſuſcitauit a mortuis ſolutis doloribus inferni. Et accepit uxorẽ, animam quam in fide deſponſauit; ut ex illa filios, id eſt meritorum opera procrearet, quæ notant gloriam & hæreditatem cæleſtem nomine Suſannam, quæ obtentus lilij interpretatur quæ ſcilicet optime nitet candore puritatis, decore honeſtatis, honore ſanctitatis ad domum lilij. Canticorum. Sicut lilium inter ſpinas candet, redolet, & floret, ſic & c. filiam Helchiæ, id *Cant. 2.*
eſt a ſancto propoſito genitam, quæ nihil præter ſponſum deſiderat habere. Helchia pars domini uel uendicatus domino dicitur. Threno. 3. Pars mea dominus dicit anima mea. Nume. Ego dominus ero *Num. 18*
pars eorum. Pulchra nimis, tam in naturalibus quam in gratuitis. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Canticorum. 4.



Et

Et timentem Deũ,& ideo pręcauens omne malum,
quia in timore declinat omnis a malo , ut dicitur in
Eccle. 2. Pſal.Iterũ procurans merita. Eccl.Qui timent dñm
pręparabunt corda ſua dño,& in conſpectu ipſius ſan
ctificabũt animas ſuas.Prou.ulti.Mulier timẽs Deum
ipſa laudabitur.Erat aũt Ioachim diues ualde,ad lite
rã,mecũ ſunt diuitiæ & gloria dicit Chriſtus. Pſ. Glo
ria & diuitiæ in domo eius.Et erat ei pomariũ,uideli
cet eccleſia militãs tanq̃ paradiſus uoluptatis, uicin
domui ſuæ , quia eccleſia militans uicina eſt eccleſia
triumphanti.Et ad ipſum confluebãt Iudæi.i. Chri
ſtum fide,opere,& ore confitentes.Pſ.Introite porta
eius in cõfeſſione.Eo ꝙ eſſet honorabilior oĩm:uide
licet cui præciſe debetur honor.Tim.1.Soli Deo ho
nor & gloria.Apoc.7.Benedictio & claritas & ſapie
tia & gratiarum actio &c.Hæc igitur Suſanna ingre
ſa eſt cũ duabus puellis ut lauaret ſe in pomario. Po
mariũ eſt conſcientia propria , quæ debet eſſe ortu
cõcluſus.Vñ iſtud pomariũ ẽ paradiſus uoluptatis.Ni
in ipſo ponit deus hominem &c.Hæ duæ puellæ ſunt
duæ conſiderationes quas debet habere aĩa ſecundũ
Bernardũ.Debet.n.in ſe cogitare q̃ uilis ſit in ſeipſa
& q̃ præcioſa in conſpectu dñi.Vilis ſiquidem eſt ex
ſeipſa,quia ad nihilũ iã reducta.Eſt.n.orta peccatis,
offuſcata tenebris,irretita illecebris,pruriens concu
piſcentiis,obnoxia paſſionibus,impleta illuſionibus,
prona ſemper ad malũ.Itẽ debet cogitare q̃ ſit pręcio
ſa in conſpectu dñi.Licet.n.uilis ſit in ſeipſa,eſt tam
magni præcii apud Deũ,q a præcioſo Chriſti precio
& cõmercio redẽpta.Iob.7.Quid eſt homo quia ma
gnificas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum?
Vnde Bernard. Scio domine quia ubi eſt theſaurus
tuus,ibi eſt cor tuũ.& addit .Quomodo o domine ni
hil ſumus , ſi theſaurus tuus ſumus? Sic igitur cum
his duabus puellis , ideſt cum hic duplici conſidera
tione ingredi debet Suſanna , ideſt anima pœnitens,
poma-



pomarium,ideſt conſcientiam , ad lauandum ſe , ſci-
licet per confeſſionem,& ungendum per pœnitentiã,
contra ęſtum uitiorum,& contra culparum incendiũ.
Et ſequitur,quòd ingreſſa dicit puellis quòd afferrent
unguentum,& oſtia pomarii clauderent. Conſidera-
tio propriæ fœditatis & nihilitatis,eſt illa quæ parat
& adducit unguentum pœnitentiæ , quæ ſanat uul-
nus peccatorum,ſed conſideratio præcioſitatis,quàm
ſcilicet ſit pręcioſa anima in conſpectu Dei , eſt illa
quæ claudit oſtia ſenſuum,ne theſaurus domini ſur-
ripiatur.Et ſic dicitur quòd prius hæc ſancta anima
lauit ſe,& poſtea unxit.Præmittendum igitur baptiſ-
ma & ablutio per confeſſionem antequam ponatur
unguentum pœnitentiæ.Hoc igitur præmiſſo debet
duci in deſertum , & hoc eſt quod dicitur , [*Ductus
eſt Ieſus.*]Ad literam Chriſtus ductus eſt in deſertum
a ſpiritu ſancto . Vnde alius Euangeliſta,ſcilicet Lu- *Luc. 4.*
cas dicit.Agebatur compulſus , ſcilicet multipliciter.
Hæc quidem ad inducendum,quære inferius. Sed mo
raliter nobis figuratur quòd ad iſtud deſertum eſt
Aliquid propulſiuum.
Aliquid allectiuum.
Aliquid inductiuum . Propellit autem nos fugien-
da pœnalitas tormentorum, Allicit appetenda iocun-
ditas gaudiorum , ſed inducit & conducit nos intuen
da proprietas creatorum & conditorum . De primo .
Luca.ubi dicitur quòd diſcipuli compellebantur flu-
ctibus & tempeſtate,& idcirco clamauerunt ad Chri *Luc. 8.*
ſtum qui dormiebat.& Lucæ. 14. Debiles & claudos
compellite intrare. Vbi Gregorius . Qui huius mun-
di aduerſitatibus fracti ad amorem trahuntur Dei ,
redeunt & compelluntur intrare . Mala enim quæ
nos hic prȩmunt ad Deum accedere nos compellunt.
Nota , fluctus maris piſces allidunt , & ex ſuo motu
reddunt maiores , & ſic tribulatio amara, dum non
ſinit in uoluptatibus uitam quietam ducere,ſed con

 tinuè

tinue agitat,& affligit , puriorem reddit hominem a
peccatis,& perfectiorem per patientiam, quam tribu
latio operatur. Vel aliter, nota multiplicitatem tribu
lationis, affectum bonum in uento. Ventus enim bo
realis licet ſit aſper & frigidus, attamen indurat cor
pora, ita patientiam acquirere facit tribulatio, poros
claudit, deinde ſenſus exteriores frenat, humores pu
rificat,& interiores affectus puriores reddit , & ſpiri
tus & ſenſus ſubtiliat, deinde ad cognoſcendum diui
na confert, uiā degeſtiuā adunat, dum charitatem in
flammat, uirtutem retentiuā confortat , dum ad me
morandum beneficia recepta excitat, uapores, id eſt ti
tationis fugat, mentem obnubilat, aeris peſtilentiam
*Apoc. 12* ſanat, id eſt mala exempla corrumpentia deſtruit. De
hac autem propulſione habemus figuram . Apoc.
ubi dicitur ꝙ Ioannes uidit mulierem quæ clamabat
parturiens & cruciabatur ut pareret , & draco ma
gnus ſtetit ante mulierem, quæ erat paritura, ut cum
peperiſſet filium eius deuoraret,& mulier peperit fi
lium maſculum qui recturus erat omnes gentes i
uirga ferrea. Et raptus eſt filius eius ad Deum, & per
ſecutus eſt mulierem quæ pepererat , & datæ ſunt
duæ alæ aquilæ ut uolaret in deſertum in locum ſui
ubi alitur per tempus & tempora & dimidium tem
poris a facie ſerpentis . Et miſit ſerpens ex ore ſu
poſt mulierem aquam tanquam flumen ut eam fac
ret trahi a flumine. Et audiuit terra mulierem, & ab
*Prou. 11.* ſorbuit flumen. Mulier hæc eſt anima, quæ debet eſ
fœcunda , & ſedula , & gratioſa. Prouer . Mulier gra
tioſa inueniet requiem. Hæc clamat parturiens du
ingemiſcit pro culpa commiſſa ad gratiam Iſai. 2
Ad faciem tuam domine, quā ſcilicet ad nos cleme
tem uertis. Pſal. Oſtende faciem tuam & ſaluierimu
Concepimus per uoluntatem,& quaſi parturiuim
per delectationem,& peperimus ſpiritum ſalutis ſp
ritum uidelicet timoris, qui eſt initium ſapientiæ. V
de



de bene dicitur hic, quod peperit maſculum quia
timorem ſanctum & perfectum. Draco iſte deuorare
cupiens eſt ille de quo 1. Pet. Aduerſarius ueſter dia- *1. Pet. 5.*
bolus &c. Sed rapitur uſque ad Deum filius per tem
pus, id eſt uſque ad diuinam ꝓtectionem & defenſio-
nem. Mulieri dantur duæ alæ. ſ. ieiunium quo corpus
ſubleuatur nè animā deprimat,& oratio qua mens ſi-
ue anima aſcendit in Deū. Hæ duæ alæ uocantur aqui
læ ꝓpter ſublimitatē perfectionis. Iob. 39. Nūquid ad
præceptum tuum eleuabitur aquila? &c. propter agi-
litatem inceſſionis, propter extētionem dilectionis.
Aquila grandis magnarum alarum propter oſtenſio-
nem dilectionis. Deuter. 31. Sicut aquila prouocans ad
uolandum pullos ſuos, expandit alas ſuas &c. Dicun-
tur quandoque alæ columbæ propter puritatem.
Pſal. Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ? Item
propter donum ſpiritus ſancti quod conſecratur, aqui
la nos inducit , & hæ ſunt proprietates creatura-
rum quę nos ad pœnitentiam dirigunt & inducunt
Iſa. 35. Hęc erit uobis directa uia, ita ut ſtulti non er
rent per illam. Attēdam ergo proprietatem rerum ,
ſed quantum ad præſens proprietates ſerpentis , de
quo ſaluator. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes . Nota
eius proprietates ſecundum philoſophum & ſecundū
Auicēnā. l. de aīalibus & libro phiſicorū , ꝙ ſerpēs ſe
ſentiens morbo uel ſenio aggrauatū, pluribus diebus
abſtinet a cibo, ſic peccator aduertens pondus nequi
tiæ,& peccati debet actum peccati relinquere,& a ne
ceſſariis delectationibus abſtinere. Hoc facit ſerpens
ut pellis a carne facilius relaxetur. i. conuerſatio ue-
tus peccati ſeparetur ab animæ effectu. Deinde guſtat
hærbam quandam amaram , & per hanc prouocatus
ad uomitum eiicit uenenum , quod fuit cauſa infir-
mitatis , ſic ex amaritudine contritionis tangente
guſtu , id eſt affectu interiori , debet per confeſſio-
nem uirus peccati emanare , Madefacit ſe ſic pec-
cator

cator lachrymis &c. Vel debet aſpicere diuinam miſericordiam mollitiem contra rigorem timoris, deinde tranſit per foramen arctum, id eſt per aſperam macerationem carnis, & ſic deponit pellem, ideſt maledictionem culpæ, quam induerat ſicut ueſtimentum, uel conuerſationem culpabilem impendendo quæ incipit ab ore, quia debet homo deteſtari delectationem quam habuit in peccato, deinde ad oculos in quibus intentionis peruerſitas, deinde caput, id eſt affectionem ideſt delectationem quam habuit in peccando, uel in capite in primo motu, uidelicet peccati. Deinde diſtenditur per corpus, in qua prolixitas oſtenditur. Deinde poſtremo in cauda, in qua nota ſequelam, quando ſcilicet propter peccatum inde alia mala ſecuta ſunt, uel propter malum exemplum datum, uel propter aliam cauſam. Completur autem (ut ait Auicenna) hæc excoriatio una nocte, in qua expulſio culpæ, & una die, in qua reſtitutio gratiæ. Et nota quod præmittit diem, & poſtea noctem, deinde ponit ſe ad ſolem ut uirtus eius deſiccetur, & noua pellis oriatur, ſic debet anima ardorem diuinæ dilectionis attendere, & ex hoc ſe fortificare, & bonam & nouam conuerſationem ſuper induere, ut expoliando ueterem hominem &c. Sic debet quilibet renouare uetuſtatem ſuam. Dirigit inſuper
Eccl. 21. te amygdalus. Eccleſiaſt. Florebit amygdalus, impinguabitur locuſta &c. Quanto antiquior eſt amygdalus tanto citius florebit, ſic peccator quanto magis eſt in culpa tanto magis deberet florere in pœnitentia &c. Capus auis a capiendo dicitur, quia cibum capit & in cibum conuertitur, ſic peccator uel auarus debet ſe in eleemoſynam conuertere, & ſe omni potenti tribuere.

DOMI-



## EODEM DIE DE MVLTIPLICI Deſerto, ac Ieiunio.

### Sermo. III.

*DVctus eſt Ieſus in deſertum a ſpiritu.*] Matt. 4. Tempus quadrageſimæ eſt tempus belli, ut ſiqui hucuſque fuerint ſub ſeruitute peccati & hoſtis, hoc ſacro tempore excutiant iugum ſeruitutis, & hoſte proſtrato in priſtinam redeant libertatem. Vnde & Apoſtolus in hodierna epiſtola com- 2. Cor. 6.
memorans irriguum infundendum, ſcilicet diuinæ gratiæ, Ne inquit in uacuum gratiam Dei recipiatis, annuncians præſidium aſſiſtendi. Ait enim. Tempore accepto exaudiui te & in die ſalutis adiuui te, notificans exilium fugiendum ſiue opprobrium excludendum. Vnde ecce nunc tempus acceptabile, ecce dies ſalutis eſt, tandem inſinuans cauterium adhibendum dicens. Nemini dantes ullam offenſionem. Verum quia teſte Vegetio de re militari, hoſtis melius dogmate, id eſt cautela quàm uiribus ſuperatur, incauta enim multitudo ad cædem exponitur, ubi docta paucitas ſuperat & triumphat, idcirco ſancta mater eccleſia congreſſionis pericula cogitans, & attendens nihilominus hoſtium ſæuiſſimorum aſtutiam, & ſagacitatem, potentiam & ferocitatem, ſuos bellatores, & milites diligenter nititur præmonſtrare illa quæ ad bellum faciunt. Vnde adertendum q̄ ſeptē inter alia conſueuerunt ordinate in bellis corporalibus obſeruari uel ordinari. Primo namque eligitur dux ſiue capitaneus qui eſt ductor exercitus contra hoſtes. Eſt enim (ut ait Philoſophus. 12. Meta.) totius exercitus principium & ordinis directio. Nam ordo totius exercitus a duce dependet, & duce ſubtracto omnia inordinate manent & confuſe.

ſe.Vnde dicit Ioſephus de captiuitate iudaica quod n
fas apud Romanos uincere ſine præcepto ducis eſt.
Attenditur autem in duce quod ſit gratioſus, generoſu
animoſus cauteloſus,& uictorioſus.Gratioſus inqua
ut ſic milites alliciat & ex hoc diligatur. Generoſus u
reuereatur ne alij uerecundentur qui militant ſub i
ſo,animoſus ne ſit pauidus, ſed in repentinis ſit perſi
ſtens,& ſciat populum confortare.Cauteloſus, quia ſa
pientia ducis acies ordinando,uictoriam adminiſtra
Victorioſus,& expertus,ut ſcilicet ſit in bello bene fo
tunatus &c.Hoc facit eccleſia in prima dominica qua
drageſimæ.Producit enim & proponit ducem gratio
ſiſſimum Chriſtum dominum, qui cum eſſet innocen
uoluit adhuc baptizari.Item altiſſimum, & nobilem,
quoniam Ieſum.Item cautiſſimum, quia nouit hoſtiu
uerſutijs optime obuiare, nam ut occideret morten
ueſtitus eſt morte. Item probatiſſimum, quia inuaſor
eſt hoſtium.Vnde exiuit in deſertum. Item uictorioſiſ
ſimum,quia nūquam ſuccubuit,ſed ſemper hoſtes ſub
iugauit & proſtrauit.Secundo proponunt donatiua ſi
ue ſtipendia pugnaturis, ſicut hactenus obſeruaban
Romani,ut patet in legenda beati Martini.Iſta ſtipen-
dia producit Eccleſia in ij.Domi. Quadrageſimæ, quan
do Chriſtum transfiguratum inducit, corpus diſcipu-
lis,theſauros eis reſerantem,donum ſupernorum. Ter
tio uero excluduntur hoſtes ſiqui caſu aduenirent.
Nam quando una ciuitas uel unum regnum bellum ſu
ſcipit contra alios, omnes hoſtes expellūtur de regno.
Hoc facit eccleſia in tertia dominica quando introdu
cit Ieſum eijcientem dæmonium. Quarto uictualia
præparantur ne bellatores fame deficiant.Hoc facit ec
cleſia in quarta dominica,quando introducit eſcę co-
piam multitudini præparatam. Tunc enim paſti ſunt
illi qui bellare debebant. Quinto explicatur uox ſeu
teſſera & eriguntur uexilla,& acies ordinatur. Hoc fa-
cit eccleſia in dominica de paſſione,quando Vexilla re
gis



gis prodeunt,fulget crucis myſterium &c.Sextò ſic ar-
mati, & ordinati, & accincti procedunt ad bellum.
Hoc facit eccleſia quando in feſto Palmarum introdu
cit Chriſtum ducem armatum paupertate,humanita-
te,& manſuetudine,& hoc in equo ſuo, id eſt, ſuper
aſinam & pullum eius.Septimo,tandem obtenta uicto
ria,hoſtibus effugatis,cum ſpolijs & triumpho reuer-
titur.Hoc facit eccleſia quando Chriſtus uictor ab in
fernis reſurrexit. Vnde conſiderans ordinem hunc in
Eccleſia Salomon ille diuina ſapientia ſuperfuſus, di-
cebat Canticorum. Quæ eſt illa quæ progreditur *Cant. 6.*
quaſi aurora conſurgens, pulchra ut luna, electa ut
ſol, terribilis, ut caſtrorum acies ordinata. Verè,
ut caſtrorum acies ordinata, quia in ordine proui-
do cuncta diſponit. Primo igitur proponit nobis
ducem gratioſum, quia baptizatum, & ideo tunc ge-
neroſum quia Ieſum, animoſum, quia hoſtes inua-
dentem, quia intrauit in deſertum, ut tentaretur a
diabolo, cauteloſum, quia cum acceſſiſſet tentator
cautelis ſciuit optimis obſtinere,& tandem uictorio-
ſum, quia uictoriam obtinuit de omnibus bellis.
Hunc autem ducem uidit Ioannes in Apocalyp. Vidi *Apo. 6.*
& ecce equus albus. Ecce formoſitas equi, ſecun-
dum Gloſſam fuit Chriſti humanitas, cui diuinitas
inſidebat, quæ fuit alba, quia baptizata,non ut mun
ditiam in ea faceret, ſed ut doceret. Et qui ſede-
bat ſuper eum, ecce nobilitas, hæc refertur ad diui-
nitatem.Dicitur autem ſuper,ratione tranſcendentię,
ſed hoc dicit ſuper quod tangit,ad figurandum unio-
nem.Exiuit uincens,ut uinceret. Ecce animoſitas ſiue
uirilitas,& ſtrenuitas.Exiuit in deſertum huius mun-
di,ad quod ducit eum ſpiritus pietatis, ut quæreret o-
uem perditam.Et habebat arcum in manu, ideſt ſcien
tiam & doctrinam,& ſcripturā in poteſtate & opere,
ut prius faceret q̃ doceret,ecce ſagacitas.Nota hic quo
modo ille arcus emittebat ſagittas, id eſt, ſententiam
ſcriptu-

ſcripturarum contra inimicum,& ſemper in omni
ctu hoſtē enormiter uerberabat uel uulnerabat qu
do dixit,Non in ſolo pane uiuit homo &c. Sed adue
te ꝙ hodie prædicatores non uincunt, quia arcum
eſt ſcripturam non portant in manibus,id eſt in op
bus,ſed in ore.Antiqui autem philoſophi, portaba
eam ſolum in pectore, ſicut Venus demonſtrauit A
neę in Africa,prope Carthaginem &c.Et data eſt co
rona,ecce uictoria &c. [*Ductus eſt Ieſus in Deſertu*
*ſpiritu &c. Ad literam*] illud eſt deſertum quod eſt i
*Luc.10.* ter Hieruſalem,& Hiericho,ubi ille, incidit in latr
nes,& ubi Adam myſtice uulneratus fuerat, ut hoſti
le uinceretur. Moraliter uidendum eſt quid eſt ill
deſertum,& a quo ſpiritu illuc duci debeamus.Deſe
tum autem in ſacra ſcriptura multipliciter, tamen
ptupliciter quantum ad præſens dicitur. Primo deſe
tum cœlum,eo quòd ab angelis apoſtaticis extitit d
relictum,& iſtud eſt illud deſertum in quo cælicus
paſtor.909.uniuerſitatem angelorum reliquit,ut ag
culam perditam,ſcilicet humanam naturam perqui
*Luc.15.* ret,ipſamque ſuis humeris reportaret. Dum ſcilic
languores noſtros ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper
gnum crucis &c.Secundo dicitur deſertum cor hum
num,quia derelictum eſt ab angelis, & a beſtijs, id
beſtialibus cogitatationibus inhabitatum, & iſtud
deſertum Cades quod interpretatur fons iudicij, u
tranſlata, quia in corde fit tranſlatio de culpa in gr
tiam, uel econuerſo.Item ibi eſt fons, ideſt princip
*Pſal.* iudicandi actiue uel paſſiuè,de hoc in Pſal. Vox do
ni concutientis deſertum, & commouebit domin
deſertum Cades. Hæc concuſſio & commotio fit p
uerbum prædicationis,quando ex prædicatione com
pungitur,& compunctum conteritur.Tertium deſer
dicitur pœnitentia,tum quia in ipſo deſeruntur pe
cata, tum quia ad inſtar deſerti debet ibi eſſe quie
tumultuantibus cogitationibus, aſperitas ueſtit
ariditas



ariditas uictus,&c.Iſtud eſt deſertum in quo Ioannes,
ideſt exiſtens in gratia commoratur, ueſtitus pilis ca-
melorum, ut intelligamus in pilis auſteritatem uitę,
in camelis notemus ſecundum Gregorium. 1. & 15.
Moral.humilitatem conuerſationis.Camelus enim ad
onera ferenda ſe ſponte ſubijcit, & ſignat illum qui
onus dominicum ſponte ſumit. Huic camelo inſidens
Rebecca, id eſt anima Chriſtiana,de Aram, ideſt de
mundana conuerſatione ad ſponſum ſuum Yſaac, id-
eſt ad Chriſtum acceſſit.Gen.Præcinctus zona pelli- *Gen.24.*
cea,ideſt carnis mortificatione ſeipſum caſtificans, co
medens locuſtas & mel ſylueſtre, ut intelligamus in
melle dulcedinem deuotionis,in locuſta autem quæ
aliquando uolat alis,aliquādo pedibus graditur,ſecun
dum Gregorium Moral.33.ſublimitatem contempla
tionis & ſedulitatem.Quartū deſertum eſt religio, in
qua deſeritur mundus per uotū paupertatis, caro per
uotum caſtitatis,uoluntas actionis per uotum obediē
tiæ.De hoc deſerto Cant.8.Quæ eſt iſta quę aſcendit,
ſcilicet de uirtute in uirtutem, per deſertum delitijs
affluens,ideſt uirtutibus & internis cogitationibus,in
nixa ſuper dilectum ſuum, quia mundum perfecte re-
linquens,ſoli Deo innititur.Quintum deſertum dici-
tur crux Chriſti,in qua eo derelicto omnes fugerunt,
immo & hodie fugiunt.Videmus eum in cruce penden
tem,& quaſi ſubſannando pertranſimus.In hoc deſer
to uiſus eſt & pater eum dereliquiſſe quando clama-
uit Chriſtus Matt.Deus Deus Deus meus cur dereli- *Mat. 27*
quiſti me?Iſtud eſt deſertum Ziph,quod interpreta-
tur florens,ferens ſcilicet corpus floridum Chriſti Na
zareni,ideſt floridi.Nulla enim ſylua talem profert
fronde,flore,germine,Vnde hic deſertum floruit flo-
rido Chriſti & roſeo ſanguine tanquam roſis,Chriſti
humanitate tanquam uiolis,munditia & puritate eius
tanquā lilio.In hoc deſerto Ziph latuit Dauid. 1.Reg. *1.Reg.23*
ideſt Chriſti potentia,quia Baruch ſecundo,abſcondi
ta

ta eſt fortitudo eius. Sextũ deſertum eſt mundus, ab
omni bono derelictus, in quo peregrinantur & affligi
tur filii Iſrael, quia draco eſt adurens flatu ſuperbiæ
Scorpio luxuriæ, dipſas auaritiæ. Deuter. 8. Quicquid
enim eſt in mundo aut eſt concupiſcentia carnis &c.
Ioannis ſecundo. Septimum deſertum eſt infernus, ab
omni ſpe liberationis derelictus, quia in inferno nulla
eſt redemptio. De hoc deſerto dicit Iob. 1. Ventus uehe
mens ruit de regione deſerti. Ventus uehemens. i. for
tis tentatio ſecundum Gregorium, a malignis ſpiritib
ſuſcitata, quæ concutit angulos domus. i. ſtabilitatem
conſcientiæ in quatuor uirtutum diſpoſitione, & ip
ſam ſubuertit. Tot igitur modis poteſt accipi deſert
in ſacra ſcriptura. Nunc ad propoſitum, a quo ſpiritu
debet homo duci, & in quod deſertum iſtorum debe
homo intrare? utrum in unum an in plura? Reſpondeo
& dico ꝙ primo eſt diſtinguendum de ſpiritu, ſicut di
ſtinguit Iſa. propheta. xlj. ubi ipſum accipit ſeptifor
miter. Eſt enim ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiri
tus conſilii & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pieta
tis, & ſpiritus timoris domini, a quolibet autem iſtoru
debet homo duci in unum deſertum præmiſſorum, ni
in primum deſertum, id eſt cœlum debet homo duc
a ſpiritu ſapientiæ, per contemplationem cœleſtium
*Exod. 3.* ut nobis figuratum eſt Exo. ubi dicitur ꝙ Moyſes mi
nabat oues, id eſt ſenſus & ſynceras cogitationes ad in
teriora deſerti, id eſt ad contemplationem gaudiorum
paradiſi, ibique uidit diuinam apparitionem, ibi aud
uit ſupernam allocutionem, ibi aſpexit diuinam inca
nationem, ibique accepit ſui populi diuinam libera
tionem. In ſecundum debet homo duci a ſpiritu intel
lectus, per conſiderationem & peccatorum diſcuſſio
*Hier. 2.* nem. Sic dicitur intelligere quaſi intus legere. Hiere
miæ. Vide uias tuas in conualle, id eſt in culpabili de
ctione tui, ſcito quid feceris, ſcilicet per diligentem d
ſcuſſionem, & intus in corde tuo & in libro conſcien
tiæ



tiæ tuæ omnem uide iniuſtitiam quam tibi conſcripſi-
ſti. Pſal. Recogitabo tibi omnes annos meos in amari-
tudine animæ meæ. De iſto deſerto habemus figuram *Gen. 21.*
Gen. ubi dicitur quòd Hiſmaeli erranti apparuit in ſo
litudine angelus Dei, aperuitq; ibi fontem ut biberet,
quo recreatus factus eſt ſagitarius, & habitauit in de
ſerto Pharan. Hiſmael enim uir adiutus interpretatur
uel aſſumens exauditionem domini, & ſignat peccato
rem qui a Deo exauditur, & a diuina gratia adiutus.
Pſal. Cum clamarem ad dominum exaudiuit me, & ex
omnibus tribulationibus meis eripuit me. Huic Deus
fontem miſericordiæ aperit, & tandem habitat in de-
ſerto Pharan, id eſt in corde frugifero, quia fruges me
ritorum a corde oriuntur. Pharan frugifer interpreta
tur, & efficitur uir ſagittarius, dum uidelicet motus be
ſtiales inſurgentes in corde uenatur, & inſequitur, ip-
ſosq; iaculat & perimit, ſagitta Dei ſalutis contra Sy-
riam, uidelicet contritione, & deteſtatione. Tertium
deſertum eſt pœnitentia, in hoc debet homo duci a ſpi
ritu conſilij, quia pœnitentia de ſacerdotis conſilio eſt
habenda. Matthæi octauo. Ite, & oſtendite uos ſacerdo
tibus. Et dicit uos non alios. Homo enim ſola peccata
propria non aliena cõfiteri debet. De hoc deſerto Nu. *Num. 10*
dicit Moyſes ad Heliab, aut Obab filium Raguel: Veni
nobiſcum, & noli nos relinquere, tu enim noſti in qui
bus locis per deſertum caſtra ponere debeamus, & eris
ductor noſter. Heliab interpretatur diuina paternitas,
& ſacerdotem merito præfigurat, qui pater eſt ſpiritua
lis. Raguel uero paſtor. Eſt enim ſacerdos pater popu-
li, ſed filius illius paſtoris, qui dicit Ioan. 10. Ego ſum
paſtor bonus. Ad hunc ſpectat ducere populum per de
ſertum pœnitentiæ, & deſignare loca ubi populus ca-
ſtra, i. ſtationes debeat collocare, puta ſuperbi in ualle
humilitatis, deſperati in monte fiduciæ, laſciui in loco
aſpero, & auſtero, & ſic de alijs. Quartum deſertũ, ideſt
religionis profeſſionem ardua uita aggreditur, ideo

talibus profeſſoribus dictum eſt. Eſtote fortes in be
lo, nam nemo mittens manum ad aratrum &c. D
hoc deſerto primi Machabæorum ſecundo. Exclam
uit Matathias uoce magna in ciuitate, dicens. Omn
qui zelum habet legis ſtatuens teſtamentum, uen
poſt me. Et fugit ipſe & filij eius in montes, & reliq
runt quecunque habebāt in ciuitate. Tunc deſcend
bant multi quærentes iudicium & iuſtitiā in dese
tum, & ſederunt ibi ipſi & filii, & mulieres, & pec
ra eorum. Matathias interpretatur donatus a dom
no uel donum, & ſignat uirum iuſtum & religi
ſum, ſpecialiter tamen religionis fundatorem ut be
tum Fraciſcum, talis nanque ex ſpeciali dono D
datus eſt Chriſtianis ad liberandum de manibus i
micorum. Vnde humilis Franciſcus intellexit ſe
hoc miſſum a Deo, ut animas lucraretur quas di
bolus conabatur auferre, propter quod ipſe tanqua
alter Matahias deſtruxit aras mundanæ uanitatis i
quibus peccatores dęmonibus immolabant, circum
dit per reuocationem ad uitæ ueritatem & puri
tem illos qui habebant præputium peccatorum. Le
inſuper abolitam operibus inſtaurauit. Hic igi
Matathias uirū religioſum ſignat, qui habebat fili
quinque, ideſt ſenſus, quos mundum fugiens ad mo
tem perfectionis euangelicæ ſecum ducit. Reliquit
ciuitate huius mundi, quæ iniquitate & contradicti
ne plena eſt omnia quæ uidebatur temporaliter po
dere. Hunc igitur tanq̄ iuſtum & robuſtū paſtorem
principem multi ſequuntur deſcendentes per hum
taté uitæ, ſtatuentes teſtamentum quod in mortuis
in abdicatione temporalium & abnegatione propr
uoluntatis ex quibus homo moritur, ſuum firman
propoſitum, in deſertum, ideſt. in religionē, quere
iudiciū. ſ. mundi corporis & mentis facere, & iuſti
& uitę conſequi perfectionem. In quintū deſertum
in crucem debet homo duci a ſpiritu pietatis & co





paſſionis. Nam ad ipſam curialiter inuitat nos. Thr. 1.
O uos omnes qui tranſitis per uiam &c. & Pſal. Reſpi
ce in faciē Chriſti tui. 2. Mach. 3. Iā uero q uiderat uul
tū mente ſacerdos uulnerabatur. Facies enim & color
immutatus declarabat internū animi dolorē. Circun
fuſa. n. erat mæſtitia quædam uiro, & horror corpo
ris, p quē manifeſtus aſpicientibus dolor cordis efficie
batur, Iſtud eſt deſertum Sur. Exod. 15. quod anguſtia
ſiue acerbitas interpretatur. Vbi erant aquæ penalita
tis amariſſimæ, de quibus filii Iſrael bibere non po
tuerunt quouſque uerus Moyſes lignū miſiſſet in eas
& tunc in dulcedinem ſunt conuerſæ, ſicut patet in
beato Andrea dicente. O bona crux diu deſiderata
&c. In ſextum deſertum, i. mundū debet homo duci a
ſpiritu ſciētiæ, ut. ſ. uideat quō oporteat eū caute am
bulare in medio nauis prauæ & peruerſæ. Ephe. 5. Vi
dete quomodo caute ambuletis. Nam quaſi uulpes in
deſerto prophetæ tui Iſrael. Ezech. 13. Et bene quaſi
uulpes, quia omnia quæ ſunt in mundo tibi fraudu
lenter prophetāt, uidelicet caro falſas delitias, mun
dus altas ſiue denſas potentias, oculus uanas diuitias.
In ſeptimum deſertum & ultimum, ſcilicet in infer
num debet homo duci a ſpiritu timoris, ut conſi
deret ꝙ ibi (ut Matth. 22.) erit fletus & ſtridor den
tium, Sic contremiſcat pauore. Pſal. Timor. ſ. animi
& tremor. ſ. cordis, uenerunt ſuper me. Malach. 1. Po
ſui montes eius. i. ſuperbiam rectorum & uanam fi
duciam in ſolitudinem, & hæreditatem eius. i. por
tionem eius in draconem deſerti. A quo igitur ſpiri
tu & ad quod deſertum debeat quilibet duci, iam
patet [*Ductus igitur Ieſus*] id eſt homo ſalutem ſuam
ſitiens, [*in deſertum a ſpiritu, ut tentaretur a diabolo.*]
Vbi ut, non tenetur cauſaliter ſed conſecutiue.
Chryſoſtomus. Si poſt baptiſmum ſuſtines tentatio
nes non terrearis. Etenim non propter aliud ac
cepiſti ſpiritum, non ut uaces ſed ut prælieris. No

tat inſuper hæc Chryſoſtomus, Homilia.6. quòd ſpi-
ritus quancito homo apprehendit ipſum non permi-
tit vllatenus otioſum, quin ipſum ſecum ad pugna
excitat contra hoſtes. Vnde hæc eſt differentia, ſecun-
dum ipſum, inter filios dei & filios diaboli, quoniam fi-
lij diaboli non exeunt ad eum ut tententur ſed potius
econuerſo: ſed ad filios dei dæmon uenire non poteſt,
ideo contra diabolum Chriſtus ipſe proceſſit. No
Mat.4. hic multa circa hęc. Aduertendum ꝙ ubi Matth. dic
Luc. 4. ductus eſt, Lucas ponit agitabatur, Marcus uero, com-
Mat.1. pulit eum ſpiritus, ad deſignandum opera trinitatis.
Aliter & moraliter: expulſio ad calamitates pertinet
Iſa.26. Domine in anguſtia quæſierunt te, in tribula-
tione murmuris doctrina tua eis, id eſt in afflictione
Oſee.6. quæ cogit hominem clamare. Oſee. In tribulatione
ſua mane conſurgent ad me. Mane, id eſt cito agi ad ſpi-
ritum pertinet quem dominus inſpirat homini. A
Roma.8. Qui ſpiritu dei aguntur &c. Sequitur. [*Cu*
*ieiunaſſet &c.*] ubi ponit macerantem carnis aſperi-
tem, circa quam eſt aduertendum ꝙ ſicut dicit Glo
Lucæ.25. Duplex eſt ieiunium, ſcilicet ſpeciale & ge-
rale. Speciale inquam quo a cibis corporalibus abſti-
nemus, & illud ſecundum Gregorium. 25. Moral. d
bet condiri obedientia, aliter nihil valet. Iſtud autem
ieiunium, teſte Ambroſio de ieiunio, eſt uita angelo-
rum, culpæ mors, excidium delictorum, radix gratiæ
fundamentum caſtitatis. Et ideo ad idem ieiuniu
Ambroſius nos hortatur in Hexamero ſic inquiens
Quæris medicinam & ieiunium fugis, quaſi maiu
deo remedium inuenire poſſis? Sputum hominis ie-
ni ſi ſerpens guſtauerit, moritur, vide quanta uis ie-
nij, vt ſputo ſuo terrenum ſerpentem inficiat, & m
to magis ſpiritualem. Hæc Ambroſius. Hoc igitur
nio Chriſtus ieiunare voluit quadraginta diebus
In hoc numero, tempore iſto eſt ab eccleſia inſti-
tutum



tum, ſed quare in hoc tempore, in die Cinerum di-
ctum eſt, quære ibi. Reſtat igitur quærere quare in
tanto numero, ſcilicet quadragenario. Vbi aduerten-
dum quòd triplex eſt ieiunium generale ab eccleſia in-
ſtitutum, uidelicet uigiliarum, & hoc correſpondet vi-
gilijs præcipuarum ſolennitatum quas populus offer-
re Hieroſolymis tenebatur, quando debebant ad tem-
plum aſcendere, nec ante conſpectum domini uacui
apparere. Iſtud autem ieiunium eccleſia ſtatuit ad ſi-
gnandum ꝙ ad feſtiuitates quæ in ſuperna patria ce-
lebrantur, non niſi per abſtinentiam & afflictionem
debemus aſcendere, quia per multas tribulationes
&c. Secundum eſt quatuor temporum, & iſtud corre-
ſpondet primitijs quas populus Iſrael tenebatur of-
ferre. Has primitias eccleſia non ſolum ad fructus,
ſed etiam ad tempus voluit ampliare, & ideo ſtatuit
quòd iuxta quatuor tempora anni, videlicet ver, æſta-
tem, hyemem, & autumnum, quatuor temporibus
homines ieiunarent, & in qualibet vice tribus diebus
iuxta numerum trium menſium in quolibet præmiſ-
ſorum temporum contentorum, & ſic ſunt duode-
cim ieiunia iuxta numerum tot menſium &c. Hæc In- Matt. 6.
nocentius in ſermone, Tu cum ieiunas &c. Vbi hæc
ſunt verba eius. Præceptum fuit & mandatum in
lege ut de omnibus primitiæ deo darentur. Habet
igitur quatuor tempora annus, & vnumquodque tem-
pus tres menſes, quod nos quatuor vicibus in an-
no ſub ternario ieiunamus, uidelicet tribus diebus
in unaquaque vice ad gloriam trinitatis, quaſi primi-
tias temporum deo reddentes, quod ieiunium in ve-
teri lege preceptum fuit ſicut diximus, & obſeruari iu- Zach 8.
betur. Zach. Ieiunium quarti, & ieiunium quin-
ti, & ieiunium ſeptimi, & ieiunium decimi erit domui
Iudæ in gaudium & in lætitiam, & in ſolennita-
tes præclaras. Et ita erit nobis in ſanctificationem &
in dies ſolemnes. Vnde nos eodem modo in Martio

in Iunio,in Septembri,in Decembri cõgrue ſub te nario ieiunamus.Licet tamen antiqui primitias iei nauerunt, attamen illa ieiunia non fuerunt illa qu allegat Innocentius,nec illa erant ieiunia legis, ſe introducta ex diuerſis euentibus, ut ait Hieronym ſuper Zach.puta ieiunium quarti,ſcilicet Iulij, qui quartus eſt apud Hebræos,ieiunant.17.die illius me ſis propter uictoriam factarum tabularum a Moyſe; propter peccatum idololatriæ commiſſum a populo & ſic de aliis &c. Ieiunabant etiam Iudæi in Kal. qu a colendo nuncupatæ ſunt,quia illas colebant Iuda & tunc ieiunabant primitias.Quod igitur dicit Inn centius de ieiunio quattuor temporum, nunquam i uenitur in lege poſitum . Item tunc non fuiſſet quæ ſtioprudens Saruſar & Raguelis,& aliorum proſely torum Perſarum,qui ob deuotionem perfecta ieiu nia obſeruabant, quærentium, utrum poſt urbiu reædificationem & populi cum Deo reconciliation eſſent memorata ieiunia obſeruanda;nam ieiunia l galia ſicut & alia non erant ſoluenda, ſed ad imple da.Aduertendum tamen quòd eccleſia tradidit h quattuor ieiunia quattuor temporum ad quattu humores,quibus in quattuor prolabimur uitia,tem perandos. Nam in uere dominatur ſanguis quo ho mines ad luxuriam ſtimulantur. In eſtate cholera, qua ad iracundiam excitantur.In autumno melãch lia,qua ad acediam ſiue mœſtitiam inclinãtur.In hy me phlegma,quo ad pigritiam applicantur. Ad ho rum quattuor humorum effectum comprimendum ſpirituali medicina uoluit in anno eccleſia hęc qua tuor tempora ieiunari.Hęc Innocentius,Statuit in per ieiunium quattuor temporum debere fieri ſem per in ternario dierum propter peccatum delendum quo quattuor modis ſub ternario peccamus. Nam peccamus primo in patrem per impotentiam & fra gilitatem.Secundo in filium per ignorantiam & ſto





liditatem.Tertio in ſpiritum ſanctum per duritiam & malignitatem.Secundo peccamus contra legem na turę,contra legem ſcripturę,contra legẽ gratię.Ter tio peccamus corde,ore, & opere. Quarto peccamus originaliter,uenialiter, mortaliter. Et tria quę pec cant,ut ait Innocentius,ſunt ſerpens mulier, & uir. Serpens,ideſt concupiſcentia, quæ ſurgit originali ter.Mulier,ideſt ſenſualitas,quę comedit uenialiter Vir,ideſt ſynderesis uel ratio,quę comedit mortalite Hæc Innocentius.Quadrageſimale autem hoc ieiu nium ſub tanto numero multiplici de cauſa legitur ordinatum,uidelicet propter exẽplum nobis datum tres enim ſoli ſecundum ſtatutum triplicis legis ho ieiunium obſeruarunt,uidelicet Moyſes ante legem Helias in medio legis.Chriſtus in fine legis. Propter præceptum nobis factum.Deus enim præcepit ex om nibus decimas ſolui,quod etiam ad decimas tempo ris debet extendi.Habet autem annus 365.dies,cuius decima pars. 37. ſuperant tres dies temporum quæ ſunt in Martio,& ſunt.40.tot igitur dies ieiunabi les quadrageſima continet. Propter myſterium deſi gnatum. Quadragenarius enim numerus eſt abun dans,cuius partes aliquotæ ſimul iunctæ ad quinqua genarium Iubilei qui requiẽ & remiſſionem ſignat peruenuint.Hęc Innocentius in Sermone de.40. Po teſt ulterius alia ratio aſſignari, uidelicet quattuor affectiones ex quibus.10.præceptorum multiplicatur tranſgreſſio, qua multitudine ad quadragenarium peruenitur,& ideo ad huiuſmodi tranſgreſſionem re primendam eſt ieiunium in tanto numero inſtitu tum.Poreſt etiam alia ratio aſſignari pro eo quòd nu merus.40.eſt numerus pœnitentiæ & laboris, in cu ius figuram fuit populus Iſrael.40.annis in deſerto, in cuius ſignum puer ſtatim natus plorat, non ta men ridet citra.40.diem,ut dicit Philoſophus in li bro de animalibus,deſignans quòd eſt uita pœnitẽtię

nō gaudij,ſed mœroris. Aliud eſt ieiuniū generale,i quo homo abſtinet a quibuſlibet nociuis,de quo ieiu nio loquitur Bern. in Sermone de quadrageſima ſ dicens. Sigula ſola peccauit,ſola quoque ad ieiuniu ſufficit. Si uero peccauerunt & cætera membra,qua non ieiunant? Ieiunet igitur oculus qui deprædatu eſt animam,ieiunet aures,quæ ad ſalutem non per nent audire fugiendo,ieiunet lingua a detractione & falſitatibus abſtinendo,ieiunet manus ab illicitis abſtinendo,ieiunet anima a uitiis cogitando. Hieronymus ad Seleuciam. Quid prodeſt attenuari corpus a ſtinentia,ſi animus intumeſcit ſuperbia? Quid uirtu tis habet uinum non bibere,& ira & odio inebriari Hoc igitur ieiunium procul dubio Chriſtus uoluit o ſeruare. Si enim ſolum ieiunium corporale obſerua re uoluiſſet,non oportebat conſortium hominum gere. Hoc ieiunio ieiunauerunt Moyſes & Helias. hoc igitur dicit euangeliſta [*Et cum ieiunaſſet quadra ginta diebus & quadraginta noctibus &c.*] Multi aute

Ezec. 8. ſunt qui in die non in nocte ieiunant. Nolunt enim luce malefacere,ne opera eorum arguantur,ſed in o culto malitias operantur,de quibus dicitur Ezech. 8 et uides fili hominis quæ ſeniores Iſrael faciunt i tenebris,unuſquiſque in abſcondito cubilis ſui,dic enim, Non uidet dominus nos. Non ſic Chriſtus, ieiunauit quadraginta diebus & quadraginta no bus,& poſtea eſuriit. Hæc eſuries chariſſimi , eſt quæ ordinatur ad ſanitatem , de quibus domin Matth. 5. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam Sequitur. [*Tunc accedens ad eum tentator &c.*] Vb ponit comprobantem tentationem &c. & ponit hic gradus tentationis ex parte diaboli , & mod ſuperationis & euaſionis ex parte Chriſti , lite plana eſt . Sed hic quæritur quare diabolus lapid appoſuit Chriſto,dicens, [*Si filius Dei es,dic ut lapid iſti panes fiant.*] Reſpondeo quod hoc factum eſt ad





ſignandum peccati gulæ qualitatem . Lapis enim eſt frigidus,aridus,& ponderoſus & durus. Sic recte peccatum gulæ primo infrigidat feruorem dilectionis , quia teſte Hieronymo,nemo poteſt hic implere uentrem & ibi mentem. Secundo deſiccat humorem gratiæ. Vnde Gregorius ſecundo libro Moraliū. Durante gulæ uitio,omne quod homines egerant fortiter,perdunt,& dum uenter reſtringitur,cunctæ uirtutes. Tertio reddit hominem ponderoſum quantū ad corpus & quantum ad animam . Vnde Iſidorus libro primo de Summo bono. Gulæ ſatietas nimia aciem mentis obtundit,ingeniumque euertere facit , & tandem inducit immobilem & inſenſibilem ad omne bonum . Vnde Hieronymus in Epiſtola ad Paulinam Dicit Galenus,animas nimio ſanguine & adipibus quaſi luto inuolutas nihil diuinum uel cæleſte,ſed de carnibus eructare & de uentris ingluuie. Sequitur [*Dic ut lapides iſti panes fiant.*] Hic dæmon conatus eſt dominum de gula tentare,& eius diuinitatem inſuper experiri. Tentare quidem de gula in comeſtionis acceleratione, ex quo credebat eum trahere ad ingluuiem , & ſemper ex uno uitio credit hominem ad aliud trahere . Experiri autem diuinitatem in mirabili operatione , ſi de lapide panem faceret. Moraliter hæc uerba dæmonis poſſunt multipliciter accipi. Primo quidē ut ſint uerba ipſius feruorem & auſteritatem pœnitentiæ remittere ſatagentis,quæ quidem auſteritas lapidum nomine deſignatur,quos dominus Iſaiæ. 62. quēlibet uult Chriſtianum aſſumere,dicens. Eligite lapides & eleuate ſignum ad populum. Quoniam ex pœnitentia homo redditur aliis exemplaris. Iſti ſunt illi lapides pretioſi,de quibus 3. Reg. dicitur quòd præceperat rex ſi. 3. Reg. 5.
Chriſtus,ut tollerent lapides grandes.i.altitudinē pœnitentiæ,lapides precioſos,quorum preciū uita æterna,in fundamētum templi,ſcilicet in quo idem Chriſtus habitare deſiderat . Hoc autem præceptum

ipſe rex fecit quando dixit.Matth.3.Pœnitentiam a
te &c.Iſti ſunt lapides illi quos prouidus Dauid el
git de torrente tranſitoriæ pœnæ contra Goliam,i
1.Reg.17 eſt diabolum pugnaturus, qui dicuntur quinque pe
eo quòd quinque ſenſuum uoluntas eſt per pęnite
tiam reſtringenda.De his igitur lapidibus loquitur i
propoſito inimicus tentator,diſſuadens homini ua
ti pęnitentiæ auſteritatis rigorem dicens, Dic ut lapi
des iſti panes fiant &c.id eſt fac ut durities pęnite
tiæ conuertatur in mollitiem,& ſuauitatem conſola
tionis,quæ per panes in propoſito deſignatur.Iſti ſun
Pro. 20. illi panes de quibus dicitur Prouerb. quòd ſuauis ho
mini panis mendacii,eo quòd non ſatiat,& tandem h
Iob.20. minem ducit ad pœnam.Vnde Iob.Panis eius in ute
ro illius uertetur in fel aſpidum intrinſecus. Vnd
Grego.15.lib.Moraliter.ca.9.dicit ſic. Panis in utero
eſt ſatietas temporalis delectationis in mente, quo n
tritur hypocrita,& in aliena laude delectatur hom
ribus,quia ſatietas temporalis delectationis in retri
butionis amaritudinem conuertetur. De hoc pane di
Dan. 4. citur Dan.Panem deſiderabilem non comedi. Hic d
panis carnalis & mundanæ conuerſationis,de quo Pr
uer.23.Ne deſideres de cibis eius in quibus eſt pan
mendacij.Hoc igitur lapides dæmon in panes iam d
ctos ſuadet conuerti, dicendo homo iam ſatis feciſti
non eſt bonum ut tantum facias quòd non poſſis ſuſt
nere. Exemplum de beato Franciſco cui diabolus n
dixit.Sed proh dolor multi hodie iſtam uocem audi
tentatoris, qui pœnitentiam deſerentes ad carnalem
mollitiem conuertuntur. De quibus dicitur Threno
4.Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt co
lor optimus,diſperſi ſunt lapides in ſanctuarij in capi
te omnium platearum? In quibus mundi uita agge
rantur.Tales enim ſunt pœnitentiæ lapides diſperge
tes,& panis mendacij mollitiem affectantes, & eligen
Oſee.2. tes.In quorum perſona loquitur Oſee.2. Vadam po
amato-



amatores meos, poſt mundum ſcilicet, & miſerabile
corpus,qui dant panes meos mihi. Meos dicit quia
non domini,& aquas meas fluxibilium uoluptatum;
& lanam meam non ouinam, id eſt ſimplicis,ſed beſtia
lis conuerſationis,& lumen meum, carnis ſcilicet mol
litiem,oleum ſcilicet quod l nit, & blanditur, & po
tum, id eſt quæ inebriant me mundanæ diuitiæ, &
delitiæ. Sed tales non aduertunt illud quod dominus
dicit, & ſubdit propheta. Propter hoc ecce ego ſe
piam uias tuas, quibus tuos ſequeris amatores,ſpinis
doloris tibi aculeos immittendo, & ſepiam eas mace
ria,obſtaculum tuis operibus opponendo. Et ſemitas
ſuas non inueniet,ut poſſet incedere iuxta uota quo
intendit,quia ſequitur.Et intendet amatores ſuos, &
non apprehendendet eos:quia laborabit ad mūdi gau
dia obtinenda nec continere poterit. Similiter uerbū
præfatum introduci poteſt,ut ſit uerbum ipſius diabo
li peccatores nutu diuino increpantis. Vbi aduerten
dum quòd ſicut ait Greg.lib.7.moraliter.c.22. per
lapides miſerabilium hominum corda ſignantur, qui
ſæpe ſupernos ictus accipiunt & nulla perſecutione di
ſciplinæ molleſcunt, immo (quod plus eſt) ut idem
Grego.ſubdit, intantum aliquando indureſcunt, ut
cum eos rigor ſupernæ animaduerſionis examinat,
nequicquam ſonitus humilis confeſſionis reddant. Et
de talibus habetur figura Machab. ubi dicitur: quòd 1.Ma.4
qui erant in ciuitate obſtruxerunt portas lapidibus, &
incluſerunt ſe in ea, neque permiſerunt Iudam (qui
confeſſio interpretatur) tranſire. De quibus dicitur
Iob. Cor eius indurabitur quaſi lapis, & ſtringetur Iob 41.
quaſi malleationis ictus. Talibus enim ad modum
lapidum induratis loquitur Deus Ezech. dicens. Aufe
ram cor lapideum,& dabo cor carneum. Per panem,
teſte Gregorio.23.lib.Moral.c.34. ſpeciale donum di Ezec.11.
uinæ gratiæ deſignatur.De quo pane loquitur Iſa. 33. & 36.
dicens quòd obturat aures ſuas ne audiat ſanguinem.
Id

Id eſt qui peccatis ſuadentibus non præbet cōſenſu
& claudit oculos ſuos ne uideat malum, id eſt illud
renitenti aduerſum eſt, non approbat, iſte in excel
habitabit ſecundum uirtutem, licet ſecūdum carne
inferius teneatur. Munimēta ſaxorum ſublimitas eiu
ideſt operis ſtabilimentum, quia iam terrena deſid
ria uitæ calcauit. Panis ei datus eſt, id eſt refectiua ſp
ritualis, immo ſpecialis gratiæ. Hæc Gregorius ubi
pra. Ad propoſitum applicando ſenſus uerbi, dic ut la
pides, ſcilicet tui cordis auaritia, panes fiant, id eſt i
donum diuinæ gratiæ conuertantur. Porcli inſuper
ter introduci dicendo quod diabolus peccatori ſua
ut lapides ædificiorum & lapides ornamentorum, ſc
cet precioſi lapides, in panem conuertantur, id eſt d
lectamentum diuitum, & non in uſus pauperum. H
dic quomodo ieiunium non ualet ſine eleemoſyna. D
*Abac. 2.* primis lapidibus loquitur Abachuc. Lapis de parie
clamabit & lignum quod inter iuncturas ædificioru
eſt, reſpondebit. Clamabit inquam pro pauperibus
neceſſitatibus poſitis, apud Deum querimoniam
ciendo. Et ideo Eccleſiaſt. 29. dicitur. Perde pecuni
propter fratrem, & amicum, & non abſcondes illa
ſub lapide in perditionem. Perde inquam, id eſt
ſtribue. Vnde ſubdit, Conclude eleemoſynam in co
de, id eſt in ſinu pauperis, & hæc pro te exorabit ab o
ni malo. De ſecundis lapidibus loquitur exprobrat
rie. Ezechielis. 28. dicens ſic. Omnis lapis precioſ
operimentum tuum, ſardinis, topazius & iaſpis, Chry
ſolitus, & onyx, & berillus, ſapphyrus, & carbuncul
& ſmaragdus. Aurum quoque opus decoris tui. Et ſ
quitur. In multitudine negotiationis tuæ repleta ſu
interiora tua iniquitate, & peccaſti. Et uere pecca
quia proximi neceſſitate non es emotus. Etiam au
uindictā a dn̄o faciendā. Iſa. 14. Subter te ſternetur ti
nea, & operimentum tuum erunt uermes. Vide mira
lē commutationē, opertus hic precioſis lapidibus
operieris



operieris horrendis uermib. Hos igitur lapides ſuadet
diabolus in panes conuerti. i. in mollem ornatū ne den
tur pauperibus, dicens. Dic ut lapides iſti panes fiant,
cū tamen dicatur Iſa. 58. Frange panem tuum eſurien
ti &c. Sed quid dicitur Thre. Adhæſit lingula lactentis *Thren. 4.*
(id eſt illius qui deberet lac ſuggere) ad palatum eius
in ſiti, paruuli petierunt panem, & erat qui frange
ret eis. Et ideo audi quid talibus dicetur finaliter.
Iob. Abſtuliſti pignus fratrum tuorum ſine cauſa, & *Iob. 22.*
nudos expoliaſti ueſtibus. Aquam laſſo non dediſti,
& eſurienti ſubtraxiſti panem. Viduas dimiſiſti ua
cuas, & lacertos pupillorum comminuiſti. Propterea
circundatus es laqueis, & conturbat te formido ſubi
ta. Et putabas te tenebras non uiſurum, ſcilicet interio
res, & impetu aquarū inundātium (ideſt tribulationū)
non oppreſſum iri. Sic igitur dicit diabolus peccatori.
Sequitur quid reſponderit Chriſtus dicens. [*Scriptum
eſt, quia non in ſolo pane uiuit homo &c. ſed in omni uerbo
&c.*] Deuteron. 8. Hoc autem uerbum Chriſti conti
net ueritatem. Patet de Magdalena. Patet de Moyſe
cui dominus loquebatur in monte. Et quodammodo
eſt naturale, nam uirtus animalis eſt obediens phan
taſiæ ſecūdum Auicēnā, intātū ꝙ phantaſia facit opera
tiones mirabiles. Multo magis erit obediens rationi
quando perfecte ſe ſubiicit Deo, & ita fit intenta frui
tioni uel contemplationi diuinæ ꝙ modicam reſolu
tionem facit, ſiue faciet circa humidum radicale. Eſt
inſuper uerum quod ex uerbo diuino anima ſpiritua
liter generatur in fide, quia fides eſt ex auditu, auditus
autem per uerbum Chriſti. Iuſtus autem ex fide uiuit.
Vnde Iacobus. Voluntarie enim genuit nos uerbo ue *Iacob. 1.*
ritatis ſuæ. Ex uerbo etiam anima uiuificatur. Ioan. *Ioann. 6*
Verba uitæ æternæ habes. Myſtice autem Chriſtus re
ſpondit oſtendendo quod pane materiali non indige
bat, pro eo quod homo, ideſt eius humanitas, non ſo
lum uiuebat ex pane materiali, ſed ex eo quod erat di
uino

uino uerbo hypoſtatice unita, & ideo in omni uerb
quia in uerbo diuino, quia ex ore Dei, ideſt ex pat
procedit uis omnis uerbi, cum ſecundum Auguſtinu
ſuper Io. ſit ars plena omnium rationum uiuentiu
Inſuper os Dei dicitur prædicatio. Hiere. 15. Si ſepa
ueris precioſum a uili, quaſi os meum eris. Item diu
na ſcriptura, quia per illam loquitur nobis Deus. I
30. Os meum non interrogaſti. Sequitur. [*Tunc aſſu
pſit eum diabolus in ſanctam ciuitatem*,] quia Hieruſa
habebat tres partes, ſcilicet habitationem uulgi, & n
bilium, & habitationem regiam, ubi erat templum
hæc dicebatur ciuitas. [*Si filius Dei es, mitte te deorſum*
Hieronymus. Debilis eſt hoſtis qui non poteſt uince
niſi uolentem. Et ideo non potuit Chriſtum proij
re. Sic nullum fidelem facere cadere poteſt in pecc
tum niſi eo uolente, & hæc fuit tentatio de uana gl
ria Sed quare non dicit ipſi: Aſcende ſuperius, & tu
fuiſſet ſignum maioris uirtutis, & per conſequens m
ior poſſet eſſe uana gloria? Reſpondeo: Dæmon de
radiſo ſemel delapſus nunquam aſcenſum alicui p
teſt uadere, & ideo non dicit ipſi aſcendere in cęlu
uel ſurſum. Moraliter. Si filius Dei es, & Chriſtian
uis nuncupari, mitte te deorſum, id eſt humilia te,
non aſcende per ſuperbiam, ſed humilitate, & pen
tentia inclina te, inferius, & ſaluberis quemadmod
Iacob in Aegyptum deſcendendo, de quo habetur
gura Gen. Deſcende a me, non moreris, & habita
*Gen. 45.* in terra Ieſſen, eriſq; iuxta me. Et ſequitur cap. 46. P
fectus eſt Iſrael cum omnibus quæ habebat, & ue
ad puteum iuramenti, & mactatis ibi uictimis Deo
tris ſui Yſaac, audiuit eum per uiſionem nocte uoca
tem, & dicentem ſibi. Iacob, Iacob, Ego ſum fortiſ
mus Deus patris tui, noli timere, deſcende in Aeg
ptum, quia in gentem magnam te faciam ibi. Ego
ſcendam tecum illuc, & ego inde adducam te reue
tentem. [*Ioſeph quoque*] ponet manum ſuam ſuper o
los



los tuos. Tangit autem in iſta figura prouidum conſi-
lium quod eſt adimplendum, ideo dicit, deſcende ad
me, ne moreris, & habitabis in terra Ieſſen, &c. Vbi
dicit uidelicet, Motum, ſeu nutum uirtuoſum, quia
deſcende non dicit cade, quia eſt pręcipitium, ſed de-
ſcende, nam ſi per ſuperbiam & per diuinum contem-
ptum aſcendiſti, per humilitatem & ſatisfactionem de-
ſcende. Primo mente & humilitate. Secundo, carne, &
auſteritate, ſede in puluere, quòd puluis es, cogita, in
puluerem te orna uirgo, quia ſine fructu, filia Babylo-
nis, ideſt confuſionis Pſal. Operuit confuſio faciem
meam, ſede in terra, ideſt quieſce aſpectu propriæ mi- *Pſal. 68*
ſeriæ. Signum luminoſum. Ad me. Matth. 11. Diſcite a
me, [*quia mitis ſum &c.*] Modum ſtudioſum. Ne more
ris. Nota quòd quando uia eſt periculoſa, non eſt mora
adhibenda. O quot prędones, quot homicidæ, ideo
non moreris, 2. Reg. 21. Non moreris hac nocte in cam
peſtribus, ideſt in ſpatioſa uia mundi quę lata eſt, ſed
abſque dilatione tranſgredere. 4. Reg. 4. Mina, & pro-
pera ne moram facias in eundo. Locum fructuoſum.
Et habitabis in terra Ieſſen, quę terra compluta, id
eſt conſcientia ſtillicidio gratię irrigata & fœcundata,
& ideo propinqua plaſmationi. Leuiti. Si in præceptis
meis ambulaueritis dabo uobis pluuiam temporibus *Leui. 16.*
ſuis. Et Deuterono. 28. Aperiet dominus theſaurum
ſuum optimum cęlum, ut tribuat pluuiam terrę tuæ
in tempore ſuo. Gradum gratioſum. Eritq; iuxta me.
Magna nobilitas ſtare iuxta regem regum. Vnde Da-
uid gerens typum hominis iuſti dicebat. Ego ex more
ſedere ſoleo iuxta regem. Pſalm. Non habitabit iuxta *1. Reg. 20*
te malignus, neque permanebunt iniuſti &c. Debitum *Pſal. 5*
iudicium, quod eſt inferendum, & ideo ſequitur: Pro
fectus eſt Iſrael, ſcilicet qui Deum uidere procurat, de
ſiderat, & affectat, cum omnibus quæ habebat, quia
cum cognitione corde, & mente, & animo. Non enim
oportet hominem in duas partes claudicare. Si quæri-
tis

tis quærite, conuertimini & credite. Si quæritis qu
rite in toto corde. Sapientiæ. 1. In ſimplicitate quær
te illum, quoniam inuenitur ab his qui non tenta
eum, apparet eis qui fidem habent in illo. Igitur
ſimplicitate non in duplicitate. Eccleſiaſt. 1. Ne acce
ſeris ad eum duplici corde, quia in eodem. 2. cap. V
duplici corde, & labijs ſceleſtis, & manibus malefaci
tibus, & peccatori terram ingredienti duabus uijs.
Nota quòd natura non patitur monſtra in corde, qu
eſt membrum quod eſt uitæ principium, & ideo ſic
homo non poteſt habere duas uitas corporales eiuſ
ſpeciei, ſic nec duo corda poteſt habere. Et tamen pe
cator, ut fictus hypocrita qui confitetur cum prop
ſito redeundi ad uomitum, uel qui mentitur in con
ſione, uel peccata partim dicit, partim celat, hic ge
nat cor. Pſa. Labia doloſa in corde, & corde locuti ſu
&c. & ideo duplici contritione conteretur. Quare I
cob bene uenit cum omnibus quæ habebat, ſed qu
Ad puteum iuramenti, id eſt ad pęnitentiam. Nota p
nitentia puteus eſt. Canticorum. Fons hortorum, p
Cant. 4. teus aquarum uiuentium &c. Viuæ ſunt aquæ pœ
tentiæ, quia uiuificant plantas uirtutum emortua
immo ſtatim producunt flores & fructus, emittunt
dices, ſtipitem dilatant &c. Hæ ſunt aquæ quæ ſiti
auferunt. Ioan. Qui biberit ex hac aqua non ſitiet
Ioann. 4 æternum. Nota, aquæ temporalium delitiarum uel
uitiarum ſitim non extinguunt, immo ardorem mu
plicant, ſicut ligna lignis appoſita ignẽ nõ extinguu
ſed augent. Sic autem in propoſito &c. Hic igitur p
teus eſt, ſed iurameti. Iſa. 54. Sicut in diebus Noe iſt
mihi eſt, cui iuraui ne inducerem aquas diluuij ul
ſuper terram, ſic iuraui ut non iraſcar tibi. Sequitur
mactauit uictimas ibi. Hæc uictima eſt carnis mace
tio. Iſa. 56. Victimæ eorum placebunt mihi. Dicit
ctimas in plurali, quia hæc debet eſſe duplex. Inter
Pſalm. Cor contritum, & humiliatum Deus &c. Ex

rior



rior, ſcilicet carnis. Ad Romanos ſecundo. Obſecro Rom. 1
uos per miſericordiam dei ut exhibeatis corda ueſtra
hoſtiam ſanctam &c. Viuent, quia mortui peccato
ſunt uiui iuſtitiæ. Sed proh dolor. Gen. 22. Ecce ignis,
ligna, & gladius, ubi uictima holocauſti? ſcilicet patris
ſui. Ignis, [quia in Pſal. Ignitum eloquium tuum uehe- Pſal. 118
menter. Vnde erat cor ardens diſcipulorum. Lucę ulti-
mo. Gladius, quia Heb. 4. Viuus eſt ſermo dei, & effi-
cax & penetrabilior omni gladio ancipiti. Ephe. 6. Aſ-
ſumite gladium ſpiritus quod eſt uerbum dei. Ecce igi
tur prędicatores, ecce ligna, quæ. ſ. uerus Yſaac baiula
bat, ubi eſt uictima? ubi eſt qui uere pœniteat, aut qui
pœnitentiam plene ſumat? Sed has uictimas debemus
deo Yſaac, qui gaudium interpretatur: nam pœniten-
tia cum hilaritate eſt facienda. Pſal. Seruite domino
in lætitia. Hilarem enim datorem diligit deus, dicit
Matth. 6. Cum ieiunas, unge caput tuum. Solidum cõ
ſilium quod eſt perquirendum, & ideo dicit. Quod au-
diuit per uiſionẽ nocte. Nota, pęnitentia aperit audi-
tũ & uiſum, nã peccatores os hñt & non loquũtur, ocu
los habent & non uidebunt, aures habent & non au-
dient, nares habent & nõ odorabũt, quia non ſentiunt
fętorẽ peccati in quo ſunt, vulneratæ ſunt conſcientię
eorũ & nõ reclamant, ſecant & nõ ꝑcipiũt, uocant &
ſtimulantur ſicut lethargici, nõ audiũt ſed ſopore deti
nentur, ſed pęnitentia ſenſum reſtituit & oĩa iſta cura.
Vñ bene de muto dicitur ꝙ erat cęcus & ſurdus quem
dñs curauit. Nocte ſurgit & dicit, quia ſecreta eſt diui
na inſpiratio, & audit dicẽtẽ ſibi Iacob Iacob. ex noĩe
uocat eũ, quia pęnitentẽ ex noĩe deus nouit. Iacob ſup
plãtator dicitur, uel quia dẽt hoſtẽ ſuperare in duob.
ſcꝫ in corrigendo in ſe ꝑterita & ꝑcauendo futura. No
li timere, ſed deſcẽde in Aegyptũ. Noli timere Iacob,
qa redemi te, & uocaui te noĩe tuo. Ego ſum fortiſſi-
mus deus. Pſal. Dñs fortis & potẽs, dñs potens in præ-
lio. In gentẽ magnam faciam te ibi, id eſt in affectione

& morte. Ibi pro peccatis proles meritorum multi
Gen. 12. catur & mutatur & gignitur. Gene. Deſcendit Ab
ham in Aegyptum ut peregrinaretur ibi. In Aegyp
fuerunt oues & boues & aſinæ, & aſini, & cameli,
ſerui, & famulæ. Et ego deſcendam tecum &c. ſem
dominus eſt cum pœnitentię. Placidum delinimen
eſt conſequendum, quia Ioſeph ponet manus ſup
oculos tuos, quoniam ſcilicet mens peccatoris illum
Tob. 2. natur tunc. Tobiæ. Et cœpit albugo ex oculis eius
ſi membrana oui egredi. Et Actuum. Ceciderunt
quam ſquamę ab oculis eius. ſ. Pauli. & finaliter A
Act. 9. calyp. 7. Abſterget deus omnem lachrymam ab o
eorum, ſcilicet ſanctorum &c.

## IN EADEM DOMINIC

### De his quæ pro temporis opportunitate agenda ſunt.

### Ser. 4.

E*cce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalut*
*ad Corinth. 6.*] Quia ſermo prædicatoris & u
bum debet eſſe apertus euidentia claritat
ideo præmittitur ecce, quod eſt aduerbium
Ioan. 19 monſtrandi. j. Reg. Ecce videtis. & Ioan. Ecce nunc
iam loqueris. Debet eſſe ſuccinctus continentia br
tatis, & ideo ſubditur, [*nunc tempus*] quod eſt mod
1. Petr. Modicum nunc ſi oportet contriſtari &c. Ac
1. Pet. 2. ptus elegantia qualitatis, & ideo concluditur [*accep*
*bile.*] Nunc illa ſine præſidio diuinæ gratiæ non p
mus habere, idcirco &c. [*Ecce nunc tempus acceptabil*
1. Reg. 10 vt ſupra. Licet iuxta ſententiam Gregorij lib. 9. Mo
cap. 84. ſacræ ſcripturæ uim inducentis: totum hu
vitæ labilis tempus ſit indultum ad meritorum op
cumulanda, quibus malorum vltricia fugere valea
tor



tormenta, & ſupernæ patriæ poſſimus acquirere ſtipēdia repromiſſa, tamen a multis negligitur. Et ob hanc temporis amiſſionem, otioſumq; defluxum qui ſic par ſi penditur, deuotus quidam in epiſtola ad ſcholares ſtius lamentatur dicens. Fuit olim nihil præcioſius tēpore, & heu nil hodie vilius reperitur. Tranſeunt dies ſalutis & nemo recogitat: nemo ſibi perire diem nunquam rediturum curat. Et ſpecialiter quadrageſimæ quod nos exhibitionibus promptis ſic allicit, eruditionibus claris ſic inſtruit, operationibus miris ſic concutit, repromiſſionibus altis ſic concurrit, tempus eſt ſaluberrimum & acceptabile, noſtræq; ſaluti ſingulariter deputatum, ut de ipſo merito dici poſſit. Ecce tempus acceptabile, quia tempus.

Salutaris promiſſionis, prouiſis remedijs.
Singularis oſtenſionis, oſtenſis ſpetaculis.
Regularis dilectionis, productis oraculis.
Virtualis erectionis, promiſſis ſtipendijs.

Diuus igitur Apoſtolus conſiderans & attendens finalem permutationem, conterentem ſcoriam, id eſt virulentam infectionem maculantem animam dignationem, profluentem gratiam & promittentem gloriam, regalem promiſſionem diſponentem patriam ſiue cōferentem ſubſtantiam, torporem miſeri peccatoris in fecibus tabeſcentē excitare nititur in his verbis dicēs. [*Ecce nunc tempus acceptabile.*] quaſi dicens eidem peccatori.

Cur extractam frameam non curas fugere?
Cur contractam maculam non curas abſtergere?
Cur oblatam veniam non curas abnectere?
Cur promiſſam gloriam non curas acquirere?

[*Ecce enim tempus acceptabile.*] In quibus verbis idem Apoſtolus triplici ratione tempus iſtud oſtendens ad omnia opportunum, ad ſumendam pœnitentiam fructiferam nobis, hortatur, uidelicet ex facultate ſuccurrentis termini. Ex qualitate ſuccedentis ſpatij. Ex di-

 gni-

gnitate ſubſequentis commodi . Primum probat
ſcreta ſignatio principalis,[*Ecce nunc.*] Secundum
iuncta protractio pecularis,[*Tempus.*] Tertium a
pta conditio imperialis,[*Acceptabile.*] Inducit igi
nos primo Apoſtolus ad pœnitentiam ex facultate
bene declarat hora principalis. Secundo inducit
ad pœnitentiam aſſumendam ex qualitate ſucceden
ſpatij,& ideo dicit tempus.Ecce( inquit ) nunc te
*Eccl.4.* pus.Licet enim Eccleſiaſtes omnia tempus habent
ſuis ſpatijs tranſeunt uniuerſa,iſtud tamen tempu
rõne ſingularis proprietatis quã ratione naturalis
militatis tẽpus eſt pœnitentiæ aſſumende,qđ ratio
*Dan. 4.* proprietatum multipliciter.Dan.nobis exciterat
ratum,ubi ſic dicitur.Fænũ ut bos comedes , & r
cæli perſunderis.Septem quoque tempora muta
tur ſuper te,donec ſcias quòd dominus excelſus ſit
per regnum hominum.In quibus uerbis ſanctus
Daniel inducit in iſto tempore quemlibet peccat
ad delẽdam maculam carnis quam commiſit.Fæn
inquit ut bos comedes Iſa.4.Dicitur q̃ omnis caro
num & omnis gloria eius quaſi flos agri.Iſtud en
fænũ eſt quod apud illam myſticam Rebeccam no
*Gen. 45.* a uero Iſaac aſſumptam in connubium,copioſius h
bebatur Gen.Palearum & fœni(ait ipſa) eſt pluri
apud nos & locus ſpatioſus ad manendum . Vere
*Matth.7* cus ſpatioſus,quia lata eſt uia quæ ducit ad perditi
Matthæi.Multũque eſt in ea operum carnalium
mundanorum quæ uelut fęnum & paleę æternis c
creamantur ignibus . Igitur fęnum ut bos come
ideſt deteſtatioñe commiſſorum carnalium oper
ſpirituale ſuſcipiens nutrimẽtum.Vnde bene dicit
Matthæi decimoquarto,ꝙ Deus præcipit turbæ di
bere ſuper fænũ.Ad reuocãdã gratiã lucis quã pdi
& ideo dicitur,rore cęli perfunderis . Iſaiæ uigeſi
ſexto.Ros lucis ros tuus &c.Ros ſcilicet diuinæ g
tiæ humectantis , illuſtrantis , fæcundantis , & d
corantis



corantis internam mẽtẽ.Geneſis uigeſimoſeptimo .
In rore cæli deſuper erit benedictio tua,& idem paulo
ante.Det tibi Deus de rore cæli &c.Ad reſumẽda ope
ra artis quam amiſit, ideo dicit.Septem quoque tẽpo
ra mutabantur ſuper te.Per ſiquidem ſeptem tempo-
ra artes liberales intelligo,liberales iniquio ab effe-
ctu non illas quæ liberales communiter nuncupantur
ſed illas quæ liberare habent hominem a ſeruitute
peccati & eum propriæ tradere libertati.Quæ utique
licet poſſint uniuerſitatẽ perfectorũ operũ deſignare i
uniuerſitatis numero ſignatorum & in ſeptenario, ſi-
gnant,tñ ſpecialiter ſeptẽ opera miæ.Atque ad literã
tempus iſtud, tẽpus.ſ.uernale quod nũc imminet, de-
putatur,ſiue ad ſeptem dicitur aptũ fore.Sicut em̃ sũt
ſeptẽ hora priuilegiatæ quæ ad imminẽs nũc cõcurrũt
ut dictũ eſt ſupra,ſic iſtud tẽpus ad ſeptẽ opera eſt ſin
gulariter aptũ.Eſt em̃ tẽpus iſtud principibus aptũ ad
dimicãdũ.Ad literã em̃ iſtud eſt tẽpus,quo (ut dici-
tur.2.Reg.)ſolẽt reges ad bella procedere,ut rex no- *2.Re.11*
ſter Chriſtus prius baptiſmate ueluti armis cæleſti-
bus præmunitus a ſpiritu ſancto ductus eſt hodie in
campũ certaminis in deſertũ,ut.ſ.a diabolo tentaretur,
ibique obtẽta uictoria hoſtẽ ꝓſterneret , ubi myſtice
humanũ genus ab Hieruſalẽ in Hierico .i. in miſeriæ
defectũ deſcẽdẽs nudatũ gratuitis,cec iderat uulnera
tũ.Igiť bene eſt tp̃s aptũ ad dimicãdũ:Propter qđ Apo
ſtolus in ſuæ epiſtolæ exordio,ne ſiniſtra diuina arma
ſuſciperemus ad dimicãdũ nos hortatur,dicẽs , [ *Hor-
tamur uos ne in uacuum gratiã Dei recipiatis &c* ]De quo
tẽpore Ecc.3.Tẽpus belli.ſ.cũ hoſte,& tẽpus pacis. ſ.
cum Deo reformandæ. Cultoribus aptum ad ampu
tandum Tẽpus enim putationis aduenit , ut dicitur
Canticorum.2.Vnde Eccleſiaſtes.3.Tempus plãtandi.ſ.
uirtutes,& tẽpus euellendi quod plantatũ eſt.i.amput
andi uitia & peccata per confeſſionem & pœnitentiã.
Mercatoribus aptum ad cumulandum.Ibidem.Tẽpus
E 3 acquirendi,

acquirendi,& tempus perdendi.Perdendi inquam
cuniam & eleemoſynam pro proximo.Eccl. 29. Per
pecuniam propter fratrem & amicum tuum , & n
abſcondas eam ſub lapide in perditionem.Vnde ho
dicitur in Euangelio . [ *Dic ut lapides iſti panes fiant,*]
fructuoſa ædificia in vſum & cibum pauperum con
tantur . Igitur tempus perdendi, ſed iſtud perdere
acquirere theſaurum indeficientem in cœlo , vbi
ærugo,nec tinea demolitur.Matth.&c. Languenti
*Matt. 6.* aptum ad liberandum quia Eccleſiaſtes. 3.ut ſupra.
pus occidendi.ſ. concupiſcentias inſurgentes , & te
pus ſanandi.ſ.languores & febres & vlcera macula
peccatorum . Stillantibus aptum ad lachrymandu
Lachrymantibus enim congruunt montes & arbo
Sic re uera tempus eſt lachrymationis peccatorũ a
putatione pręmiſſa confeſſionis . Eſt enim pœniten
(ut ait Auguſtinus) præterita mala plangere, & pla
genda ulterius non committere. De cuiuſmodi utiq
planctu dicitur vt ſupra Eccleſiaſt.3.Tempus flendi
tempus ridendi , quia ſecundum eundem Auguſtin
debemus de peccato dolere , & de dolore gaudere. Vi
uentibus aptum ad generandum . Sole enim ad noſ
centrum aliqualiter appropinquante,omnia uiuent
arbores,homines,volucres, & beſtiæ, incipiunt ad g
nerationem diſponi.Eccleſiaſtes. 3. Tempus naſcen
ſcilicet per gratiam , & tempus moriendi. ſ.mundo
iniuſtitiæ,vt mortui mundo & peccato iuſte uiuamu
1. Petri. Volucribus aptum ad cantandum . Repre
*1.Pet.2.* enim humore melancholico & incipiente ſanguin
dominari, aues ad alacritatem & cantum ſingulari
diſponuntur,ſic aues. i.contemplatiui ad alta. ſ.con
lantes nunc ab illicitis abſtinentes colloquijs debe
continuo diuinis laudibus occupari. Eccleſiaſtes. 3.T
pus tacendi & tempus loquendi . Ergo bene præmi
tempora ſuper quemlibet virum iuſtum debent iſto
pore quadrageſimæ, immutari . Dum igitur temp

ha-



habemus operemur bonum ad omnes . Gal. Sic enim *Gal. 6.*
& ille ſanctus Ionathas Machabæus.1.Machab.12.qui
columba ueniens interpretatur, myſtice uoluit obſer-
uare. Videns.n.q; tempus ipſum iuuabat,ad Romanos
qui excelſa interpretantur tonitrua. i. ad ſupernas vir-
tutes quæ ſuper peccatores in extremo iudicio tonan-
tes diuinam ſententiam fulminabunt,electos nũcios.i.
electa opera deſtinauit. Sed proh dolor hodie çonque
ritur de nobis dominus Hiere. ſic dicens.Miluus in cœ *Hier. 8.*
lo cognouit tempus ſuum , turtur & hirũdo & ciconia
cuſtodierunt. i. obſeruauerunt aduentus ſui tempus,
populus autem meus non cognouit iudicium domini.
Quod. ſ.nunc imminet, quia vt dictum eſt, nunc iudi-
cium eſt mundi . Sed in veritate non eſt mirandum ſi
populus domini iudicium non cognouit, quia vt ait *Pſalm.16*
Pſal. Oculos ſtatuerunt declinare in terram . Sed non
ſic miluus,immo oculos ſuos in cœlum leuauit,& ideo
in cœlo cognouit tempus ſuum ad obtinendum gloriã
dotis quam quæſiuit,& ideo dicit Daniel .[Donec ſcias *Dan. 4.*
q; excelſus dominetur ſuper regnum hominum. Exod.
16. Veſpere,i.in fine vitæ, uel veſpere. i. luce mundanæ
gloriæ tendente in noſtris cordibus ad occaſum , ſcie-
tis q; dominus uox eduxerit de terra ęgypti , i. de tene-
bris culpæ,& mane videbitis gloriam eius.Mane.ſ.oriẽ
te luce gratiæ . Tertio & vltimo ad pœnitentiam nos
inducit Apoſtolus ex dignitate commodi cum dicit
[*Acceptabile.*] vere enim,tempus acceptabile & placitũ
ſcilicet in quo exaudimur plenè, in quo liberamur gra
tè,in quo ſeruamur tutè,in quo præmiamur altè . Pro
quibus omnibus occurrit nobis auctoritas in præſenti
epiſtola.Iſa.29. Hæc di.dominus . In tempore placito
exaudiui te (Apoſtolus dicit tempore accepto ) Et in
die ſalutis auxiliatus ſum tibi. Et ſeruaui te. Et dedi te
in fœdus populi vt ſuſcita res terram, & poſſideres hæ
reditates diſſipatas &c.

# FERIA SECVNDA DOMINICAE primæ Quadrageſimæ, De Iudicio.

*Tatuet oues quidem a dextris, hædos autem a ſiniſtris.* Matthæi.25. Ad hoc fiunt prædicationes, ut p ipſas homo ad perceptionem diuinæ gratiæ pr paretur, & ideo gratia Dei tria inter alia hab facere in uerbis propoſitis deſignata. Habet enim i ducere cordis ſtabilitatem. [*Statuet.*] Mentis ſynceri tem, Oues. Roboris ſtabilitatem. [*A dextris.*] Secund ꝙ dicit beatus Gregorius. 21. lib. Moral. cap. ultim ponens illud Iob. Semper enim quaſi tumentes ſu me fluctus, timui Deum, & pondus eius ferre non p tui. Qui (inquit Gregorius) extremi iudicij aduen intenta mente conſiderat, profecto uidet quòd tan pauor imminet quantum non ſolum tunc uidere, etiam nunc præuidere pertimeſcat. Conſideratio namque tanti terroris metu animus palpitat, & in tionis ſuæ oculos declinans intueri quod præuidet cuſat. Et ideo bene dicit: Ferre pondus eius, nō po Subdit autem ibidem Gregorius paucis adiectis. S inter hæc penſandum eſt, quòd beatus Iob, iſta de loquitur laudatus, & flagellatus. Si igitur ſaltem meritorum profectum ita percuſſus eſt, qui ſic tim rit, quomodo flagellandus eſt qui contemnit? Licet tem omnia ad iudicium memoratum concurrentia bis uehemētiā timoris incutiāt, ſingulariter tñ qn tuor circa ipſum attendimus. Quæ ſunt generalis c tio, oēs.n. peremptorie citantur, nec ullus poterit ſe latenus abſentare. Ad Ro. Oēs ſtabimus ante tribu Chriſti. Situalis locatio, quia nullus malus inter bo poterit locari, ut ibi ſaluetur. Dan.13. Separate eos inuicem, & iudicabo eos &c. Singularis diſcuſſio, q uniuſ-

Iob.20.

Rom.14.



uniuſcuiuſq; merita diſcutientur. Tunc.n. aperientur libri cōſcientię. Da. Iudiciū ſedit, aperti ſunt libri eius. Dan.14. Tunc illuminabit Deus abſcondita tenebrarū, & manifeſta erunt conſilia cordiū.1.ad Corin. 1.Cor.4. De hac igitur diſcuſſione. Iohel.2. Congregabo oēs gentes, & deducam in uallē Ioſaphat, & ibi diſceptabo cū eis. Integralis punitio ſiue reprehēſio. Tūc.n. recipiēt peccatores duplicia de manu dñi pro iniquitatibus ſuis. Iſa.40. Tūc in anima & corpore punientur, nec impunitus aliquis remanebit. Volens igitur Saluator ad timorē æterni iudicii nos inducere ex rōne quarta memorata nos inducit in euāgelio hodierno. [*Cum uenerit filius hominis.*] Vbi quatuor iuxta præmiſſa tanguntur, uidelicet Conuocatio ſingulorū ad cōparendū citius: [*Cum uenerit.*] Situatio citatorū ad diſtinguendū aptius. [*Et ſeparabit &c.*] Diſquiſitio meritorū ad iudicandū rectius. [*Tunc dicet iis.*] Retributio præmiorū ad perſoluendū largius. [*Et ibūt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in uitam æternam.*] Ponitur ergo primo cōuocatio ſingulorū dū præmittitur, [*Cum uenerit filius hominis &c.*] Vbi aduerte incertitudinem iudicij quantū ad diem uel horā.ſ.cū dicit. [*Cum uenerit.*] Certum eſt ꝙ erit iudiciū, non.n. eſt Deus quaſi homo ut mentiatur, ut dicitur Nume. Nu.23. Sed dies, uel hora incerta eſt. Sicut.n. teſte Bern. in quodā ſermone, nihil in rebus humanis certius eſt morte, ita nil incertius hora mortis. Voluit.n. nobis Deus occultare illā horā, ut ſuſpectā haberemus oēm horā. Vnde dicit Saluator. Diem aūt illam nemo nouit. Matth. Mat.24. Vnde propter hanc incertitudinem debet homo amplius fortificari in timore & præparari. Gre. in homilia. Horam ultimam idcirco dominus noſter uoluit eſſe ignotam, ut ſemper poſſit eſſe ſuſpecta, ut dū illā uidere nō poſſumus, ad illā ſine intermiſſione præparemur. Incertitudo igitur præmittitur tēporis iudicij, & ideo qui illud tempus uoluerit determinare breuiter, errabit &c. Nota de Ioachim & alijs multis. Sed hic cadit quæſtio

ſtio utrum aliquo modo poſſit ſciri dies. Reſpondeo
breuiter ꝙ neſcitur dies, nec ſciri poteſt, niſi per diui-
nam reuelationem. Vnde etiam angeli neſcire poſſunt.
Cuius ratio, quia dies non ueniet niſi impleto numero
prius ſaluandorum, qui debet æquari numero illorum
angelorum, qui in patria remanſerunt, ut perficiantur
ordines angelorum, & cum hoc ſtat decimus ordo ſci-
licet illorum qui non erant perfecti ut ad angelorum
ordines aſſumi poſſint, ſed facient decimam drachmā
ſicut uidetur ſentire Anſelmus, cur deus homo. ſecun-
do 18. & Rabanus. j. cap. ultimo, ubi ſic dicit. Ad ſuper-
nam illam ciuitatem tantos credimus aſcenſuros ho-
mines quantos illic electos angelos remāſiſſe. Hoc idē
uidetur ſentire beatus Auguſtinus. 22. de ciui. dei. c. 1.
Sed quid de hora? Reſpondeo, ſcriptura uidetur de hoc
Mat. 25. diuerſimode loqui, nam Matth. uidetur dicere ꝙ de no-
cte. Media aūt nocte clamor factus eſt. Idem. 24. ui-
detur dicere, ꝙ de die. De die autem illa &c. Idem. 20.
cap. uidetur dicere ꝙ de ſero. Cum ſero inquit factum
Soph. eſſet, dixit dominus uineæ, &c. Sophonias uidetur dice-
re ꝙ de mane. Mane inquit dominus dabit iudicium.
Sed ꝙdqd ſit de facto, tamen myſticè intelligendo, hæc
omnia uerificantur, quia ipſe ueniet de nocte quantū
ad peccatorum improuiſionem. De die quantum ad oc-
cultorum reſerationem. De ſero quantum ad merito-
rum terminationem. De mane quantum ad præmiorū
inchoationem. Attende ſecundo plenitudinem im-
perij ſeu dominii, quia filius hominis. Ioan. 5. Pater
omne iudicium dedit filio, & ibidem. Dedit ei poteſta-
tem iudicium facere, quia filius hominis eſt. Nota,
Chriſtus deus eſt & homo, ſecundum diuinitatem ha-
bet poteſtatem & iuriſdictionem ordinariam, quia ſe-
cundum illam & creator eſt. Secundum uero humani-
tatem habet poteſtatem delegatam, & ſibi a tota trini-
tate commiſſam, ut qui fuit redemptor ipſe ſit iudex.
Vnde ad hoc apparebit in humanitate, ut oſtendat ele-

ctis



ctis quomodo beneficium incarnationis ad ipſorum
non ſufficiebat ſalutem, niſi quibus adhuc eſſet benefi-
cium redemptionis, & ut oſtendat reprobis quomodo
dignè reprobandi ſunt qui tantum beneficium cōtem-
pſerunt. Aliter poſſumus dicere quòd ipſe in forma ho-
minis iudicabit triplici ratione, uidelicet ad cōuincen-
dum laxam familiā, ipſe enim in forma hominis oſten-
dit, & docuit formam uiuendi, & ideo in tali ueniet
ad iudicandum ut ipſe ſit iudex & teſtis. Ad oſtenden-
dum celſam potētiam, quia enim in forma hominis iu-
dicatus eſt, ne uideretur hoc paſſus ex impotentia, id-
circo in tali forma iudicabit. iuxta illud. Vt uincas Pſal. 50
cum iudicaris. Ad exhibendum, & exercendum gratam
clementiam, ut ſit manifeſtum quòd in miſericordia
iudicabit puniendo citra condignum, idcirco ueniet in
humana forma, ut ex his quæ paſſus eſt, diſcat miſere-
ri. Attende tertio celſitudinem faſtigij, quia in maie-
ſtate ſua, id eſt in gloria ſua, & in claritate ſua. Grego-
rius ſuper illud Matthæi uigeſimoquarto. In nubibus
cœli ueniet cum poteſtate magna, & maieſtate. In
maieſtate, uiſuri ſunt quem in humilitate uidere no-
luerunt, ut tanto ſtrictius uirtutem ſentiat quanto cer-
uicem cordis ad eius præſentiam non inclinant. Vel
in ſede maieſtatis, id eſt iudiciariæ poteſtatis, quam
meruit in paſſione, accepit in reſurrectione, & quæ
manifeſtabitur in iudicio, & cætera. Attende quarto
pulchritudinem conſortij, quia omnes angeli eius
cum eo, ſcilicet ut ſint miniſtri reſurrectionis, præco-
nes, & executores condemnationis, & erunt etiam
aſſeſſores iudicij. Vbi attende quinto altitudinem
triclinij, quia ſedebit in ſede maieſtatis ſuæ, id eſt
in electis quieſcet, & ſimul leuabitur, ut appareat
omnibus manifeſtè in maieſtate. Auguſtinus de Ci-
uitate Dei. Tunc manifeſtus ueniet inter iuſtos, &
iniuſtos iudicaturus iuſtè, qui occultè uenit iudican-
dus ab iniuſtis iniuſtè. Attende tandem ſexto, & ulti-

mo

mo multitudinem collegii aduocati & citati peremptoriè coram ipſo, cum dicitur. [*Et congregabuntur omnes gentes*]. Omnes enim ut dictum eſt, ſtabimus ante tribunal Chriſti. Qualiter autem iſta fient dubium eſt. Dicunt communiter doctores ꝙ primo uenient illa ſigna mirabilia quæ Chriſtus dicit in Marco. Tunc enim erit tanta ſiccitas, & per conſequens ſterilitas, q maior pars hominum & animalium peſte & pœnuria morientur. Nam per multa tempora nihil uel modicum pluet, ſcilicet per annos quattuor ut tradunt ſancti, & ideo illis temporibus arcus cæleſtis minimè apparebit, cauſa huius apparitionis deſinente, & tunc erit certum iudicium affuturum. Hæc autem ſiccitas ut dicunt ſancti diſponet citius ad inflammandum & comburendum. Illo inſuper tempore tot erunt inſlationes uaporum ſiccorum, quòd uidebuntur omnes ſtellæ cadere de cælo, & tunc fiet illa quindecim ſigna quæ dicit Hieronymus ſe in hebræorum annalibus reperiſſe, quæ ſunt iſta, uidelicet Prima die eleuabitur mare tanꝗ murus ſuper altitudinem montium, non. 40 cubitus, ut aliqui dicunt, ſed tm. 15. quod patet, quia nec tēpore diluuii fuerunt aquæ amplius ſubleuatæ, ſicut dicit beatus Auguſtinus. 20. de Ciui. dei. ca. Iſte aūt aſceſus maris ſignificat aſcenſum abominationis & peccatorū cōmiſſorum. Secūda die intātū deſcendent ꝙ uideri nō poterunt, ad ſignificandū quod peccatores in profundū ſunt cumuladi penarum, ubi amplius ipſorum non habebitur memoria. Tertia die beluæ marinæ mari reuertente ad locum ſuum, ſtabūt in maris ſuperficie, & dabūt cōtra ipſam naturam mugitus & clamores horribiles, ad ſignādū quaſi uelint de peccatoribus poſtulare uindictā, quæ ēt in primi hominis tranſgreſſione euaſerūt maledictioné, q ſola terra tūc fuit maledicta. Quarta die ignis cōburet mare & aquas, & tūc oia quæ erūt in illis morientur, & ex hoc peccatores aduertant qualiter & ipſi ſint





ſententia inuoluēdi. Quinta die omnia uolatilia cæli cōgregabūtur, nec præ timore & dolore amplius uolare poterūt, ſed morabuntur in cāpis, & flebunt & lachrymabuntur, ut homines faciunt, & nil bibent aut comedant. Sexta die erunt fulgura diſcurrētia ab oriēte in occidentē, & oēs ſtellę tā fixæ, quā erraticæ emittent miras coras comas. Septima die erunt horrendi terræmotus & generales, ꝑ quos omnia ædificia alta ruent. Octaua die lapides ſe abinuicem collident in aere, & quilibet ipſorū ſeparabitur in quattuor partes tā paruus quā magnus, figurans reſolutionem in quattuor elementa omniū mixtorū firmorū & ſolidorū futurā. Nona die omnes plantæ & folia ſtillabunt guttas ſanguineas oſtendentes terrā ſanguinea crudelitate infectā & irrigatā. His aūt flentibus homines occultabūt ſe in cauernis, tantuſq; erit timor ꝙ ſe ibi cōprimeut, & multi ex tali ſuffocatione opprimētur & ſuffocabuntur. Decima die oia alta. ſ. montes & colles explanabuntur quaſi in cinerē, ad ſignificandū humiliationē ſuperbientiū. Vndecima die uenient omnia animalia de ſyluis ad campos dātia clamores ualidos, & nihil penitus guſtantia, & tunc egredientur homines de cauernis, & ibunt ſicut amentes, nihil ſibi mutuo loquētes, ſed præ furore & phreneſi mutuo ſe mordentes ut canes. Duodecima die oſſa mortuorū & cineres, angelorum miniſterio recollecta ſtabunt ſeparata ad corporum reintegrationem. Decimatertia die aperientur ſepulturæ, & patefient ad reſurrectionē futuram, & eodem die omnes homines morientur. Decimaquarta die ignis conflagrationis purgabit totum mundum, tum ad purificandum aerem, ſ. ne ſit locus contaminatus ubi Chriſtus cum toto cœtu bonorum debeat eſſe, tum etiam ut colligant oēs mundi feces & ſecum portent in infernum. Decimaquinta die omnia renouabuntur, & tunc mortui audient uocem filij dei, & eius imperio reſurgēt tā boni quam mali.

Boni quidem reſurgēt ſcd̃m ætatē plenitudinis Chriſti,mali uero ut puto non.Item mali cū ſuis deformitatibus . Et qđ dicit Richardus , non credo q̄ qui amiſit oculum unū antequā aliquid cum illo offenderet,ipſum non reſumet ut cū illo crucietur. Morabitur quilibet in loco ſuo,ubi.ſ.eius corpus iacuerat.Et tūc uoce Archangelorū qui præſunt prouinciis omnes peremptoriè citabūtur.O uox formidanda a peccatoribus,qui piā uocē correctionis in hoc mundo, recuſauerunt audire.Hanc aūt uocem continuè formidabat beatus Hieronymus ſuper Matth.dicens.Quotiēs diem illam conſidero toto corpore contremiſco,ſiue enim comedo,ſiue bibo,ſiue aliquid aliud facio ſemper mihi uidetur illa tuba terribilis ſonare in auribus meis ſurgite mortui uenite ad iudicium.

Facta aūt conuocatione tunc fiet eorū ſituatio localis(quod eſt ſecundū quod tangitur in euangelio) uaria inter reprobos & electos quātū ad duo,Primo quia oēs reprobi ſituabūtur ad ſiniſtrā dei,electi uero ponentur a dextris.O dura diſtinctio ſitus,quot namque putas ſunt qui mō uidentur ſub diuina dextera conſtituti,qui non ſolū habent in hoc mundo proſperitatē,uerū ēt qui uidentur tanq̃ electi ſanctitate fulgere,qui tunc flebiliter ad ſiniſtram pellentur & econuerſo?O durū diuortiū quando,pater uidebit ſe a filio ſeparari & ecōuerſo,& frater a fratre.Hæc igitur prima differentia quo ad ſitum,& hāc innuit Saluator cum dicit[*Et ſeparabit eos abinuicem,ſicut paſtor ſegregat oues ab hædis.Et ſtatuet oues quidem a dextris , hædos autem a ſiniſtris.*]Oues inquam quæ paſtoris uocem audierunt fidem ſuſcipiendo & legem perficiendo.Ioan.
*Ioan.10.* Oues meæ uocem meam audient . Separabit eos ab
*Oſee.13.* inuicem &c.patrem ſeparando a filio &c.Oſee.Con
*Hiere.12* ſolatio abſcondita eſt ab oculis meis , quia ipſe inter fratres diuidet.Sicut paſtor nam impii in iudicio mactandi ſunt.Hierem.Congrega eos quaſi gregem ad

uictimam,



uictimam,ſanctifica ,( id eſt ſacrifica ) eos in die occiſionis. Nam impij in iudicio mactandi , liberius in mundi paſcuis impinguantur,Greg.21.Moral.cap.4. Dantur reprobis bona quæ in hac uita appetūt,quia deſperatis ægris omne quod deſiderant non negatur. Perpendant igitur iuſti quæ ſunt mala quæ iniquis imminent,& nequaquam eorum felicitati inuideant quæ percurrit.Quid eſt enim quòd de eorum gaudiis admirantur,quando & ipſi per iter aſperum in ſalutis patriam , & illi quaſi per amœna prata ad foueam tendunt infernalem?Igitur ſeparabit eos ab inuicem qui ſicut paſtor pro ouibus ſuis tradidit ſe , & tunc pingues mactabit illos autem qui in afflictione fuerūt; ducet ad paſcua æterna. Nota quòd per hœdos ſignat peccatores,per bonas oues & fœtoſas,bonos. Ratio autem ſimilitudinis eſt argumentum medicorum, dicunt enim quòd omnis fœtus de humida matre natus,quanto eſt uentri propinquior,tanto eſt deterior: & econuerſo natus de ſicca , & ideo hœdus in iuuenta ſua eſt melior,quanto autem plus creſcit, tanto deterior efficitur,ſic recte peccatores &c.Nota quòd peccatores conculcabunt ſeipſos,& inter ipſos erit mutua preſſura & mira propter arctitudinem loci,Iuſti uero erunt ſubleuati a terra.Nota ſi ſcis exprimere ordinē quo unuſquiſque in ſua excellentia,& in ſuo ordine apparebit,licet ſit in margine inferius,& tamen nihilominus unus erit gradus excellentioris & maioris beatitudinis,licet participet unus in gradu perfectionis quàm alius.Hic potes notare (ſi uis)ordinem iudicandorum quem ponit Gregorius.26.lib.Mora.c.39. exponēs illud Iob.36.Sed nō ſaluat impios & iudiciū pauperibus tribuit &c.

Facta autem iudicandorum ſituatione debita ,iuxta exigentiam meritorum,tunc implebitur quod dici- *Dan. 7.*
tur Dan.Iudicium ſedit,& libri aperti ſunt, ſcilicet libri conſcientiæ . O quid dicent , aut quid facient

cient

cient miſerabiles peccatores certi dãnatione, qui n
bene agere, nec pœnitentiam in hoc mundo facere u
luerunt. Tunc.n.eis fient omnia quæ fecerunt mani
ſta. Ratio autem eſt, quia ſicut lux corporalis manif
ſtat picturas & figuras corporum turpes uel pulchr
iuxta qualitatem ipſorum colorum, ſic lux illa inf
ta ex ſuo ſplendore manifeſtabit quicquid unqua
fuerit in cordibus bonum ſiue malum. Nota quomo
do iuſti uidebunt regem in decore ſuo, lætum, feſti
manſuetum, & benignum, ſed damnati uidebũt eũ tr
ſtem, ſeuerum horribilem, cuius aſpectum non po
runt ſuſtinere. Ecce quod dicit Anſelmus in oratio
bus ſuis. O anguſtiæ undique erunt, hinc accuſant
peccata, inde terrens iuſtitia, ſubtus patens chaos h
rendum inferni, deſuper iratus iudex, intus conſcien
urens, foris mundus ardens. Iuſtus uix ſaluabitur, pe
cator ubi apparebit? in qua parte latebit? ubi nece
uertere poterit, latere erit impoſſibile, apparere in
*Luc.* 23. lerabile, hæc Anſelmus. Tunc proculdubio dicent il
*Pſa.* 124 lud Lucæ montibus ideſt angelis (de quibus Pſa. Mo
tes in circuitu eius) cadite ſuper nos, ideſt cito exeq
mini iuſtitiam contra nos inferendam. Quærunt a
tem doctores unde erit quòd unus atque idem dom
nus ſic diſtormiter iuſtis, & peccatoribus apparebit
Ad hoc reſpondet Greg.lib.32.Mora.ca.9.exponen
lud Iob.40. Diſperge ſuperbos in furore tuo, ſic dici
In extremo iudicio in ſemetipſo incommutabilis m
nens, nulla uiciſſitudine, ac mutabilitate uariatur, ta
tamen reprobis, & electis nequaquam ſub ſpecie ei
dem incommutabilitatis oſtenditur, quia & tranq
lus iuſtis, & iratus apparebit iniuſtis. Teſtem enim c
ſcientiam intra ſemetipſos deferunt, unde eorum m
tes æque uuumquodque reſpiciant, ſed non æqualit
modificentur, quia, & iuſtis eum benignum oſtend
anteacta iuſticia, & illis terribilem, culpa. Quorum p
uorem quis explicet, cum contigerit miſeris, & intr
ſe



ſe culpas cernere & ante ſe iuſtum iudicem ui-
dere. Hæc Grego. Vel aliter dicere poſſumus, quòd ſi
cut ebrij ex oculorum infectione uident res aliter q̃
ſunt, uel ſicut febricitantibus apparent dulcia, & ſapi
da, inſipida & amara ex infectione guſtus, ſic peccato
res in tantum erunt infecti ex maculis peccato-
rum, quòd ſplendidum iudicabunt tenebroſum.
Sequitur tertium, ſ. poſt ſituationem merito-
rum diſceptatio, & ſic prius dominus incipiet a bo-
nis, quos, ſcilicet diſponit, & hoc duplici ratione. Pri
mo quidem quia ipſe ſemper pronior eſt ad miſeri-
cordiam quam ad iudicium, & ideo de operibus mi-
ſericordiæ diſceptaturus, ab operibus miſericordiæ
incipiet, & non ab operibus iuſtitiæ inferendæ dan-
nandis. Secundo ut mali iuſtorum beatitudinem
uideant & triſtentur dicentes intra ſe pœnitentiam
agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes. Hi ſunt *Sap.5.*
quos aliquando habuimus in deriſum & in ſimilitudi
nem improperij, nos inſenſati uitam illorum exiſti-
mabamus inſaniam & finem eorum ſine honore. Ec-
ce quo modo computati ſunt inter filios Dei, & inter
ſanctos ſors illorum eſt. Hanc rationem aſſignat
Bernar. ſuper Qui habitat. Alia ratio poſſet aſſigna-
ri, ſcilicet ut oſtendat ſe inuitum dannare re-
probos. Threno 3. Non enim ex corde Deus humi-
liauit & abiecit filios hominum. Item ne boni ex di-
latione affligerentur, quia ſpes quæ differtur affli-
git animam. Prouerbio.13. Fiet igitur ut dictum ē,
*Et tũc dicet rex his q a dextris ſunt. Venite benedicti &c.*] *Pro.9.*
Vbi aduerte. Gratioſam imitationem. Venite inquit
Prouerbio. Venite & comedite panem meũ, & bibite
uinum &c. Viſceroſam ſuppoſitionem ſeu colligationẽ
uel adoptionẽ. Benedicti patris mei cuius, ſ. fuiſtis plaſ-
ma p creationem, ſerui per ſubiectionem, filij per dile
ctionem, eritis hæredes per regni cæleſtis poſſeſſionẽ,
nam benedictio domini ſit ſuper caput iuſti: Eccle.44. *Eccle.*

Quilibet enim talis inter benedictos benedict[...]
Eccl.47.Glorioſam præmitionem,Percipite regn[...]
Vos eritis reges Apoc.primo.Feciſti nos regnũ De[...]
ueſtro . Studioſam ordinationem , quia hoc regnu[...]
non eſt caſuale,ſed præparatum uobis ab origine [...]
di.De qua præparatione ſtudioſa & copioſa loqui[...]
Apoſtolus primæ ad Corinth.2.& accepit de Iſa[...]
Nec oculus uidit,& nec auris audiuit,nec in cor h[...]
minis aſcendit quæ præparauit Deus iis qui dilig[...]
eum.Et ſtatim ſubiungit dominus cauſam tanti be[...]
ficii a ſe collati,inquiens.Eſuriui enim & dediſtis [...]
hi manducare &c. Hæc omnia poſſunt non tantu[...]
literaliter,ſed etiam moraliter exponi.Chriſtus e[...]
ſitit fidem noſtram.Ioan.4.Mulier,da mihi bibere[...]
Ioan. 19 Et in cruce poſitus dixit,Sitio.Ioan.Matth. Cum[...]
Mat.12. ret a Bethania eſuriit.Et hoc conſiderans ſapiens [...]
cleſiaſticus dicebat cap.4.Animam eſurientem ne[...]
ſpexeris.Iſa.58.Cum effuderis eſurienti animam [...]
& animam afflictiuam repleueris,orietur in tenebr[...]
lux tua . Eſt etiam hoſpes , quia non inuenit ubi [...]
put ſuum reclinet , & ipſe continue pulſat ad oſti[...]
conſcientiæ noſtræ,& nullus uult eum intra dom[...]
recipere conſcientiæ , immo ſiquando ſuſcipiatur [...]
mis cito ignominioſe inde expellitur.Mirum eſt q[...]
anima Deo tam ſit ingrata cum ſit omnibus quib[...]
cunque uilibus mundi & carnis nunciis aperta, &[...]
ſos tam diligenter & ſollicite introducat, foueat,[...]
conſeruet.Iudicum.1.Omnes uno animo regis m[...]
dato contradixerunt & remiſerunt eius nuncios [...]
cuos,ac ſine honore abiecerunt. Nudus inſuper e[...]
quia ipſum non operimus charitate , cum dicat [...]
58.Cum uideris nudum, operi eum,& carnem tu[...]
ne deſpexeris , ſcilicet illum qui propter te ſimil[...]
carnem tibi ſumpſit.Infirmus eſt dum , ſcilicet n[...]
ſtram infirmitatem aſſumpſit, & uult uiſitari gra[...]
Eccle.7. dine ac tanti beneficij recognitione . Eccleſiaſ[...]

Non



Non te pigeat uiſitare infirmum .Ex his enim in dilectione firmaberis.Eſt tandẽ incarceratus ad Ro.1.Veritatem Dei in iniuſtitia detinent.A quibus uult liberari per ipſorum ad pœnitẽtiã cõuerſionẽ,uel per ipſorũ correctionẽ Eccl.4. Libera qui iniuriam patitur de manu ſuperbi & nõ acide feras in anima tua,ſ.laborare ꝓ eius liberatione.Sequitur,[*Et dicunt domine quando uidimus te &c.& reſpondet* .]Quã diu feciſtis uni de his fratribus meis minimis mihi feciſtis. Nõ ſimpliciter minimis,quia non ei qui nequiter ſe humiliat & cuius interiora plena ſunt dolo , ſed dicit minimis meis quos mihi charitas copulauit.Sequitur tandem. [*Tunc dicet & iis qui a ſiniſtris erunt &c.*] Vbi ponit dãnatio reproborum , & damnationis cauſa ſubiungitur [ *Diſcedite &c.* ] Vbi aduertendum eſt amarum repudium quo ſic expelluntur. Diſcedite a me . Clamabunt ſiquidem damnandi dicentes. Domine aperi nobis , oſtium uidelicet tuæ miſericordiæ , ne patiaris a patre filios miſeros ſeparari uel elongari . Sed dominus reſpondebit.Recedite,qui ſcilicet ad me uenire & accedere pertinaciter recuſaſtis dum quotidie uocarem uos,& dicerem, uenite fili audite me . Poſt illatum conuitium quo ſic confundentur , maledicti. audientes damnandi amarum repudium ſeu diuortium quo cogentur a domino ſeparari , clamabunt & dicent . Heu domine ſi omnes nos a teipſo cogis recedere , ſaltem nobis beneficium tuæ benedictionis impende . Sed econtrario dominus clamabit . Recedite maledicti . Pſalm. Benedictio elongabitur ab eis. Acerbum ſupplicium ad quod tranſmittuntur in ignem , ſcilicet,Vociferabuntur enim dicentes , domine tranſmitte nos ſaltem ad locum alicuius refrigerij ex quo tuam benedictionem non poſſumus obtinere.Ad quos dominus.Ite in ignem , qui in mundo poſiti prauis concupiſcentiis exarſiſtis. Ignis grando nix ſpiritus procellarum erit pars cali-

F 2 cis

Pſal.50 cis eorum.Pſal.O quàm amara potio erit bibētiu
eam.Dicitur Iſa1.21.Protenſum exilium quo ſic pr
ſcribuntur,quia æternum. Plorantes enim acclam
bunt,Domine,fac ut hoc acerbum ſupplicium cel
rius finiatur.Quibus dominus . Non , ſed immo
æternum.2. Theſſa. Pœnas dabit in interitu ætern
2.Theſ.1 Temendus cui ſubmittuntur,ſcilicet diabolus, Par
tum diabolo qui erit princeps ueſter . Clamabunt
quidem ululantes & dicentes. Saltem domine præ
nobis pacificu & tranquillum rectorem , qui paten
affectu noſtræ calamitati compatiatur, quibus do
nus reſpondebit,nunquã fiet,ſed eritis ſubditi pa
ueſtri,quia ex patre diabolo eſtis.Horrendum con
tium cui annectuntur,quia additur [ *Et angelis ei*
Heu ſiquidem domine clamabũt, ſaltem da nobis ſ
latiũ gratæ ſocietatis,ut poſſimus reſpirare aliqu
ter,ſed econuerſo dominus clamabit , non,ſed en
cum angelis ſpiritibus reprobis qui eſſe cum ſan
in tribulationibus noluiſtis . Inquietum hoſpitiu
quo recludũtur.[*Et ibunt hi in ſupplicium æternum.*] H
miſerabiles peccatores,qui tunc nullũ remedium
terunt inuenire.Stabunt tunc iuſti in magna con
tia aduerſus eos,qui ſe anguſtiauerunt.Iudicium (
dicit Gregorius ubi ſupra) pauperibus tribuetur,q
qui nunc nequiter comprimuntur ipſi tũc ſuper
preſſores ſuos iudices erunt.O infelix peccator q
facies quãdo ſic compræhenſus nec ipſe te poteris
iuuare uel excuſare?Audi quod dicit Hieronymus
per Matth.In iudicio(inquit)extremo opera ſing
rum loquentur & ora tacebunt,ne alter pro altero
teruenìat,ſed ſinguli ibi timebunt.O lignum arid
(ait Anſelmus in orationibus)& inutile,æternis
bus dignum,qui reſpondebit in illa die qua exig
a te uſque ad ictum oculi omne tempus uiuendi
impenſum qualiter fuerit a te expenſum?tunc ex
nabitur quicquid operis,& otii,& ſilentij uſque ad
nimam



nimam cogitationem ,& hoc quod uixiſti , ſi non ad
Dei uoluntatem fuerit directum . Væh quot peccata
prorumpent ibi ex improuiſo,quaſi ex inſidijs , quæ
modo non uidentur ? Certe forte plura terribiliora
iis quæ nunc uides,nunc eſſe mala putas, quæ nunc eſ
ſe bona credis,nudata facie apparebunt in nigerrima.
Hæc Anſelmus . Ibunt igitur peccatores in ſuppli-
cium æternum,ſupplicia quæ non poſſunt uerbis ex-
primi.Erit ibi duplex generalis pœna,ſ.pœna ſenſus,
& pœna damni.Pœna ſenſus erit ad omnes quinque
ſenſus,nam quantum ad aures ſiue auditum,erunt ibi
clamores cruciantium,& mutuo exhortantium.Item
blaſphemiæ exprobrantium,& ſibi mutuo maledicen
tium,patris filio & econuerſo.Item gemitus lamen-
tantium,& præ dolore ibi ululatus horrendos dan-
tium,Ad oculos uero tenebræ palpabiles,excæcantes
uiſum,fumus turbulentiſſimus & ſuffocatiuus,lachry
mæ obruentes oculos & faciem,aſpectus pœnarum ,
tortorum,& tormentorũ.Dicit enim beatus Grego- Iob. 10.
rius 9.lib.Moral.cap.49.ſuper illud Iob.Et ſempiter
nus horror inhabitat.Gehennæ flamma nequaquam
reprobis lucet ad conſolationis gratiam,& tamen lu-
cet ad pœnam,ut damnatorum oculis ſupplicij ignis
& nulla claritate candeat,& ad doloris cumulum de-
tenti qualiter crucientur oſtendat . Ad odoratum
fœtor intolerabilis ex feris illis quas inuſſit ille ignis
conflagrationis . Item ex ſulphure horrendo . Item
conſcientia marcida generabit fœtorem maximum .
Item uermes qui ſcaturient in carne & ſimiliter
tinea . Iſai.14. Subter te ſternetur tinea , & ope-
rimentum tuum erunt uermes.Ad guſtum,quia ama-
ritudo peccati redundabit in guſtum.Item fel draco-
num uinum eorum.Item ſerpentes horrendi qui in-
gredientur per os.Item fames perpetua.Item ſitit cru
ciatum.Ad tactum,uermis,ignis,frigus , ulcera , tor-
tores, tinea . Pœna damni erit de abſentia diuina ,

 ut

vt oſtendit Aug. in libro de triplici habitaculo modi
ultra principium ſic inquiens. Principalia ſunt duo to
menta in inferno, frigus intolerabile, & calor ignis
extinguibilis, de quibus duobus innumera pendét to
mentorum genera. Sed quæri poteſt quis ſit modu
hanc tam acerbam ſententiam declinandi. Reſpon
deo, & dico quòd modum tradit ſacra ſcriptura in plu
riſque locis, dum ſcilicet te docet hœdos huiuſmo
immolare. Potes de hoc accipere figuram ſi uis. Iud
*Iud.6.* cum, ubi dicitur quòd dum Geroboal qui alio nom
ne Gedeon dicitur a paleis frumenta excuteret, ang
lum uidit, ad cuius imperium coxit hœdum, carnem
pra petram poſuit, ius carnium deſuper fudit. Ger
boal qui alio nomine Gedeon dicitur habens iudiciu
*Pſ.105.* interpretatur. Pſal. Beati qui cuſtodiunt iudicium & f
ciunt iuſtitiam omni tempore. Iudicium enim dete
minat cauſas, dicitur Prou. 26. Cogitationes iuſtor
iuſtitia. Vbi debet homo continuè commorari, q
ibi legitur conſtitutus. Gene. 2. Plantauerat autem
minus Deus paradiſum uoluptatis a principio, id eſt
oriente, in quo poſuit hominem quem &c. Paradi
*Prou.8* locus deliciarum animæ eſt. Prouerb. Deliciæ meæ e
cum filijs hominum. Dati ſunt cibi inuſitati, & deli
ti quibus dominus ab anima uult paſci, & non cib
communibus, ideſt operationibus mundanis, quia
lis dominus faſtiditur. Ponitur igitur paradiſus i
oriente, per orientem intellige aduentum ad iudiciu
*Luc.17.* Lucæ. Et erit aduentus filij hominis quaſi fulgor q
exijt ab oriente. Vel per orientem Chriſtum, quia
*Zach.3.* oriens nomen eius. Zacha. Ita igitur debet planta
mens fidelis ad orientem, ut ſemper habeat diuinu
iudicium præ oculis, ſemperq; formidet, & timea
quia Iſa. 3. Popule meus qui beatum te dicunt, ipſi
*Leuit. 1.* decipiunt. Et Leuit. præceptum eſt, ut ueſicula ouicu
poneretur in oriente altaris in loco ubi erant cinere
innuens ad memoriam iudicii motus elationis repri
mere.



mere. Item quando motus elationis ſurgit in te, & in
fleris ad modum ueſicæ, quæ nihil continet, niſi uen
tum, pone te ad orientem, ideſt ad Chriſtum, unde ta
lia oriuntur de quibus te exaltas, uel cogita quòd nulla
ſint reſpectu illorum, quæ pro te Chriſtus paſſus eſt,
puta ſi de ſanctitate gloriatus fueris. Igitur iudicium
Geroboal ſummitatem uirgæ cœdit cum rectitudine
iudicij, quia ut ait Gregorius, uirtutum gratia ſeparat
a paleis uitiorum. Hœdum occidere eſt carnis appeti
tum mortificare. Carnes eius ſupra petram ponere eſt
corpus noſtrum ad Chriſti imitationem cruciare. Ius
carnium eſt etiam carnales delectationes exſiccare, ſi
quidem in te natant, ſic cor in cogitationibus. Et tunc
quaſi ius in petram funditur ex carne liquida, quan
do mens a cogitationi carnali fluxum euacuat, ſicque
accenditur ſacrificium, & in flamma dilectionis ad
Deum angelo perducente tranſuolat, & ſic ſui & po
puli liberatio impetratur. Si autem de hoc uis aliam
figuram accipere potes hiſtoriam de Iacob. Gene. ubi *Gen.27.*
dicit Rebecca ad Iacob. Affer mihi duos hœdos opti
mos &c. Narra hiſtoriam. Nota Rebecca eccleſia.
Iacob uir ſimplex, qui mundum nititur ſup
plantare. Hœdi appetitus inordinati ex
fœditate capræ, ideſt peccati exorti.
Sed optimi dicuntur ſi macten
tur, quia diligentibus
Deum omnia coope
rantur in bo
num. Ma
ctan
tur igitur per deteſtatio
nem peccatorum, &
confeſſionem
&c.

# FERIA III. DOMINICÆ prime Quadrageſimæ, De multiplici commotione animæ cum Diuina gratia eam ingreditur.

## Sermo Primus.

*Ocebat eos de regno Dei.*] Matthæi 21. Quid di-
D na gratia habeat informare ſtatim, proteſt
tur diuina ſcriptura in pluribus locis. 1. Io.
Vnctio docebit uos de omnibus, & in euan.
1. Ioan. 2 Cum uenerit ille ſpiritus docebit uos omnem ueri
Ioan. 16. tem. Vt igitur hanc appetamus propter tria ad hoc
ducit nos Saluator in uerbo propoſito, uidelicet qu
uerbum eius eſt inſtructio clarioris euidentiæ, digni
ris excellentiæ, dulcioris complacentiæ. Primum
[*De regno Dei.*] Tertium, quòd de Deo. [*Cum intraſſet*
*ſus Hieroſolymam commota eſt, &c.*] Secundum quod
cit beatus Amb. ſuper Luc. lib. 5. cap. 24. Studia uir
tum ſine gratia torpeſcunt. Et ideo beatus Bernar.
per Cant. ſermone 51. Diligenter inquit cõſidera q
apponuntur, ut nulla uidelicet Dei dona debita ac
ne gratiarum fruſtrentur, non grandia, non medioc
non puſilla. Deniq; fragmenta colligere iubemur
pereant, ideſt nec minima beneficia obliuiſci. Nũq
non perit quod donatur ingrato? Hæc Bernar.
igitur uirtus in nobis gratitudinis debitæ obſeruet
oportet, ut de his, quæ Deus nobis dedit debitæ ei
cognitionis munera afferamus, niſi uolumus argui
leris ut ingrati. Vere ſaluator noſter ad pietatis op
heri nos induxit, uerum hæc pietatis opera aliqui u
lunt uendere non donare, contra ſaluatoris præ
Mat. 10 ptum. Matth. dicentis. Gratis accepiſtis, gratis date

circo



circo ad ea offerenda liberaliter admonemur in euangelio hodierno: in quo quattuor innuuntur, uidelicet. Stupor admirationis ex concurſu populorum. [*Cum intraſſet.*] Rigor caſtigationis pro defectu cumulorum. [*Et intrauit Ieſus in templum Dei, & eijciebat &c.*] Liuor indignationis ex anfractu inuidorum. [*Et acceſſerunt.*] Tenor confutationis ex proceſſu conſcriptorum. [*Nunquam legiſtis.*]

Quantum ad primum narrat euangeliſta, quòd ueniente Ieſu facta eſt propter famam ipſius magna commotio in populo dicente. [*Quis eſt hic?*] Reuera nunquàm Deus ciuitatem animæ noſtræ ingreditur, quin magna commotio ſubſequatur. Quæris quæ nã ſit hæc commotio: Reſpondeo quòd ſecundum diuerſitatem aduentus hæc ciuitas diuerſimode commouetur. Venit enim Deus ad ciuitatem quandoq; per mortem, ad quam ſequitur gloria, ſicut heri patuit in beatis, & tunc fit magna commotio. Matth. ultim. Et ecce terræmotus factus eſt magnus. Angelus autem domini deſcendit de cœlo. Angelus domini eſt nuncius, qui eũ citat in morte coram Deo. Terræmotus magnus eſt quando homo terrenus tranſcendit ſcilicet uſque ad cœlum empyreum. Hæc uero eſt mutatio dexteræ excelſi. Quandoque per damnationem, ſicut patet in reprobis, ibi fit commutatio magna, dum ſ. conturbantur interius, deformantur exterius, relegantur inferius, ubi debent perpetuo cruciari & tormentari. Pſalm. Conturbati ſunt omnes & mortui ſunt, quoniam iratus eſt eis &c. Quandoque per inſpirationem, ſiue fiat per flagella, ſiue per beneficia, ſiue per prædicationem, & tunc fit in hac ciuitate, de qua loquitur euangeliſta, id eſt in anima commotio, quia memoria turbatur de commiſſis, intellectiua illuſtratur, uoluntas inflammatur ad peccata deteſtanda. Eccleſiaſtici. Commouit eos quaſi fluctus maris, & Threnorum quarto. Magna eſt uelut mare contritio

tua.

Marginalia (right margin): Ioan. c. — Matt. ult. — Leui. — Pſal. 1. — Eccl. 29.

tua. Ponit autem exemplum de mari, quia m
quatuor facit. Habet enim generare dolores c
tis, immittere turbationem in ſtomachum,prou
re uomitum,auferre appetitum.Sic certe ſignum
quòd Deus ciuitatem animæ noſtræ intrauit qua
eſt dolor in mente,conturbatio in conſcientia, qu
uult reijcere peccatum, uomitus confeſſionis,
nauſea,ſiue extinctio appetitus inordinati. De hu
modi ciuitatis commotione & commutatione ha
tur figura Ezech. ubi dicitur quòd Ezechias mu
*Ezec.28.* uit ciuitatem ſuam &c.Vbi attende Diuinam excell
tiam exiſtentem.Ezechi.mu.ci.ſuam.Supernam in
tiam imbuentem. Et induxit in medio eius aqua
id eſt, gratiam in cor. Internam diſplicentiam
terentem.Et fodit ferro rupem. Perfectam obſeru
tiam defendentem.Et ædificauit in ea puteum. E
chias interpretatur auxilium domini,uel conforta
a domino Pſal Manus enim mea auxiliabitur illi
& inducit in medio eius aquas, ſcilicet deuotio
uel ſpiritualis doctrinæ & conſilij,quæ facit ſalire
uitã æternã.Ioan 10.& fodit fero, id eſt, pœnali
tritionem pertranſiuit animam eius, rupem, i
eſt, cordis duritiam, & ædificauit in ea puteum p
fundæ humilitatis, ut ibi aquæ gratię ulterius ſca
rirent,quia Deus humilibus dat gratiam. Hic eſt p
teus iuramenti.Gen.46.quia iureiurando facit Cre
re ipſos per meritum in plebem ſuam, quia ſe hum
liat exaltabitur.

Sequitur ſecundum, ſcilicet eiectio uendentium
ementium &c. Narra hiſtoriam quomodo in Hier
ſalem poſt aduentnm ſuum intrauit templum &c.
Moraliter quid per oues, quid per boues &c. N
danda eſt,una expoſitio.Oues ſignant opera miſeric
diæ, quia cibant carne, potant lacte,induunt lana,
breuiter ouis ſecundum ſe totam utilis eſt, Pſal.
Oues eorum fœtoſæ &c. Boues ſignant,ſtatum po
tentium,



tentium,qui uomere proſcindunt terram proprij corporis ut radificent ſcientias uirtutum &c.Iſa. 1. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum. *Iſa.1.* Columbæ ſignant illos qui per contemplationem ad Deum uolant non inuenientes in diluuio huius mũdi ubi pes ſuus,id eſt, affectus quieſcat,quia nihil inueniunt niſi cadauera putrida,peccatorum. Hæ tres differentiæ ſunt quibus reſpondent tres fructus. Bobus, id eſt, coniugatis trigeſimus quia implent præcepta in fine trinitatis. Quibus, id eſt, uiduis ſexageſimus, quia multiplicant opera præceptorum per opera miſericordiæ in quibus inſiſtunt. Columbis quæ ſunt pueri, ideſt uirgines, debetur fructus centeſimus, Nota de bobus, quibus imponitur iugum, ſcilicet obligatio præceptorũ,quia uinculum ſignat charitatem quæ ligat membra cum capite Chriſto,& ex charitate unitur & coniungitur homo cum proximo. Sed ſi hæc iſta ſignant cur Saluator expellit ea de templo? Reſponſio, iſta ſint diuinæ oblationi deputata. Non enim in templo uendi debent ſed liber offerri. Leuiti. Omnis oblatio quæ *Leui.20* offertur domino abſque fermento,ſcilicet inordinatę intentionis,fiet. Vnde & Auguſtinus. Sine macula & ſimila ſine furfure ſibi præcepit offerri. Menſa mercatorum eſt fiducia cõmodi temporalis. Ad hoc ieiunas ut Deus dirigat mercationes tuas &c. Funis eſt amor quo mũdo puta diuitijs uel conſanguineis ligaris. Pro *Pro.7.* uerb. Texui funibus lectulum meum, id eſt, cordis mei quietem. Iudicum.15. Si ſeptem nerueis funibus necdum ſiccis ligatus fuero, tunc infirmus ero ut cæteri homines. Nota nerui a carne procedunt ſic amor tẽporalis. Sed quid facit Deus? de iſto amore & de iſtis funibus te flagellat, quia ibi te percutit *Pſ* ubi tumebas. Sicut enim Deus uirga indignationis ſuæ percutit iniquos,ſic flagello caſtigationis ſuæ percutit filios diſſolutionis. Pſalm. Viſitabo in uirga iniquitates eorum, quantum ad iniquos,& in uerberi

bus

bus peccata eorum, quantum ad illos qui ſuum a-
rem nimis in temporalibus ponunt. Nota quam
ad pœnitentiam quòd homo quantuncunque ſapi
debet requirere conſilium ſacerdotis. Sicut enim o
lus omnia uidet, & tamen ſeipſum uidere non po
ſic ſapiens facta aliena poteſt & non propria intu
Officium autem confeſſoris eſt diſcernere inter le
& lepram. De quibus Leui. Sicut autem ſpecies le
Leuit.13 aſſignantur, ſic gradus peccati. Gregorius. In capi
id eſt in cogitationibus, quæ a capite, id eſt, a me
te defluunt. In capite, id eſt in delectatione. In bar
id eſt in fragilitate animi quando inclinatus fueri
cute, id eſt opere exteriori quãdo actũ commiſit. In
ua carne. i. ſi frequenter incipit creſcere. In ulcere
conſuetudine quãdo homo eſt infamis. In uulne
i. in corroſione quando exeſit eſt alterius conſortiu
Omnia iſta debet confeſſor diligenter attendere

# IN EADEM FERI[A]

## De connexione uirtutum

## Ser. 2.

C*Vm intraſſet Ieſus Hieroſolymam &c.*] Matth.
Beatus Gregorius. 1. lib. Moral. cap. 32. per
ctans illud Iob. 1. Ibant filij eius & faciebã
conuiuia per domos, unuſquiſque in die ſu
dicit. Filij ꝑ domos conuiuiũ faciũt dũ uirtutes ſin
læ iuxta modũ ꝓpriũ mẽtẽ paſcũt. Vnde bene dici
Vnuſquiſque in die ſuo. Dies enim uniuſcuiuſque
lii eſt illuminatio & illuſtratio uniuſcuiuſque ui
tis. Et præmiſſa dictione donorum ſiue uirtutum,
oſtẽſo quo modo unũquodque donum ſiue unaqu
uirtus celebrat diẽ ſuũ, ſubiũgit ſic. Sed illud in ho
liorum conuiuio perſcrutandum uideo quòd ſeme
ſos inuicẽ paſcunt. Valde enim ſingula quelibet de
tuitur



ſultur ſi non una alij uirtus uirtuti ſuffragetur. Mi-
or quippe eſt ſi intellectu careat, & ualde inutilis
intellectus eſt ſi ex ſapientia non ſubſiſtat. Et poſt
multa cap. ſubſequenti, ſcilicet. 33. adiungit quòd
uirtutes naturales nõ ſolũ mutuo ſe inuitant, ſed etiã
uocant ſorores ſuas tres, ſcilicet fidem, ſpem, & chari
tatem. Et his igitur Gregorij uerbis illud colligitur,
uidelicet ꝙ una uirtus nõ poſſit ſine alia conſeruari,
immo ſine alia inutilis eſt & uana. Illa autem inter a-
lias quę magis habeat officium cõſeruãdi, eſt illa quæ
reſpicit diuinũ cultũ, & ad illã uidentur cæteræ ordi
nari. Quia igitur frequenter & plurimum errant ho
mines circa illam, & per conſequens cõnexionẽ diri-
mit aliarum, idcirco ad illam debitẽ acquirendã nos
inducit Saluator in Euangelio hodierno, dicens. [*Cum
intraſſet Ieſus.*] In quo quidem quatuor innuuntur. uide
licet Stupor ammirationis ex concurſu populorum.
Rigor caſtigationis, pro abuſu diuinorum.
Liuor indignationis, in conflictu inuidiorum.
Tenor confutationis, ex proceſſu conſcriptorum.
Colligitur autem ammirationis ſtupor ex inſolita cõ
motione, [*Cum intraſſet Ieſus.*] Caſtigationes rigor ex
authentica expulſione. Indignationis rancor ex mali
gnola obiectione, Confutationis tenor ex prophetica
proteſtatione, Ieſus dicit &c.
Præmittitur ergo ſtupor ammirationis ex cõcurſu
populorum. Vbi aduertere poſſumus. 4. uidelicet.
Gratioſam uiſitationem accedentis domini.
Gaudioſam excitationem occurrentis populis.
Serioſam percunctationem diligentis ſtudij.
Luculentiam illuminationem excellentis tituli.
Commẽdabant autem ipſum de quattuor, ſ. de clemẽ
tia miſerantis dulcoris. [*Hic eſt Ieſus.*] De notitia di
rigentis ſplendoris. [*Propheta*] De mũditia excellen-
tis pudoris. [*Nazaretus.*] De iuſtitia exercentis rigo-
ris, Quia [*Galileus,*] id eſt rotans, ſ. peccatores. 1. Re. 25
Anima

Anima inimicorum tuoru m rotabitur. Ergo ſi es nus peccatis,[*hic eſt Ieſus*]miſerans uiſceroſè. Si ig ras, hic eſt propheta radians luminoſè. Si debilis fragilis,hic eſt[*Nazarenus*]recreans copioſè.Si ob tus, hic eſt[*Galilæus*]conterens doloſe, de qua rota ne patuit in euangalio heſterno. Aduerte autem q benedictus flos recreat,quia odore, quia decore, q pudore, quia ſapore. Sic enim eſt flos ꝙ cum ho mul eſt fructus. Nota de ingreſſu Chriſti qu indo ingreſſus eſt ciuitatem huius mundi ad aſſumend carnis cilicium, tunc mutatio magna fuit facta, q fuit tunc uirginitas fœcundata,diuinitas infirmata firmitas ſubleuata, ſublimitas inclinata, immen coarctata,æternitas temporata,& ſic per ordinem ta de fructu,quia ſecundum Damaſce.in paradiſo tiarum ſemper ſunt flores & fructus. Vnde Eccle 24.Flores mei fructus honoris & honeſtatis, & ho demus in quibuſdam arboribus quæ habent fru pro floribus ſicut patet in ficulnea. Secundo ſubi tur rigor caſtigationis &c.proſequere euangelium

## FERIA IIII. DOMINIC primæ Quadrageſimæ. De ſigno Ionæ prophetæ, in quo Dei miſericordia experitur.

D*Abitur ei ſignum Ionæ prophetæ.Matth.*12.] D nam gratiam debet homo omni tempor plorare,triplici ratione, uidelicet quia ho ad ipſam benigniter inuitatur, Dabitur Ad ipſam utiliter regulatur. Signum. Etiam men ter excipiatur uel conſecratur. Ionæ, qui interp tur columba &c.[*Dabitur &c.*] Quærit Chryſoſtom

ſuper



ſuper Matth.Homil.13.in minori,quæ mereatur oratio,ſiue petitio exaudiri, & reſpondet ꝙ illa ſola quæ eſt ad reuerentiam non ad contumeliam concedentis. Vnde & ipſe Saluator dando nobis formam in unaquaque petitione tenenda, ut idem Chryſoſtomus dicit, nomen amoris & reuerentiæ præmittere uoluit, non timoris dicendo,Pater noſter qui es in cęlis. Petio nanque quæ diuinæ derogat bonitati, pro eo ꝙ ſa ſit ad peccatum, condemnationem meretur non ratiam. Et licet de hoc exempla quamplurima poſnt poni, ſufficiat tamen exemplum quod in Euanelio hodierno recitatur. In quo quattuor innuuntur, uidelicet.

Petitio deceptionis. [*Acceſſerunt ad Ieſum.*]

Reſponſio directionis uel inſtructionis. [*Generatio mala.*]

Prædicto damnationis. [*Cum immundus.*]

Perſcriptio cognitionis. [*Adhuc loquente.*]

Aliter poteſt dictum euangelium introduci ſic. Licet cuncta opera conditoris ſint eius diuinitatis & excellentiæ oſtenſiua, quia Sapien. A magnitudine ſpeciei *Sap.13.* & creaturę cognoſcibiliter poteſt creator horum uide ri, illud tamen quod eius excellentem præſidentiam manifeſtat eſt miſericordia. Ratio autem eſt, quia quã do res in ſeipſa non poteſt uideri, oportet ꝙ ex ſua proprietate cognoſcatur. Exemplum de ferro,quod cognoſcitur utrum ſit ignitum, quia uehementer eſt calidũ &c. Vel utrum hoc ſit uerum aurum &c. quia eſt igne examinatum. Nunc autem uiſa eſt diuina proprietas, quæ omnes alias antecedit. Deus cui proprium eſt miſereri & parcere.cantat eccleſia.Igitur &c. Vnde ſi quę ris,quid eſt miſericordia? Reſpondeo. Nihil aliud eſt quàm miſero cordis impenſio, non ſolum per dilectionem, uerum etiam per compaſſionem & oſtenſionem ſubuentionis ſi fieri poteſt.In hoc igitur ꝙ dei filius ſe ipſum obtulit pro humana natura, exuberantiam ſuæ

mi-

miſericordiæ & pietatis oſtendit,& per conſequen
cellentiam diuinitatis. Quotiens igitur ad contem
tionem diuinitatis aſcendere cupis, præponitur
uia & ſignum directiuum,ſcilicet inſpectio inexplic
bilis pietatis,quòd ſi per illud ſignum eius diuinit
aſpicere nolueris,erit tibi ſignum,ſ.iuſtitiæ futuræ
demnationis ſicut patuit in iudæis. Et ꝙ hoc ſit ue
tibi declar t euangelium hodiernum , in quo Ch
ſtus ſignum petentibus ſuæ diuinitatis,nullũ aliud
dit niſi ſignum Ionæ prophetæ,ideſt per quod figu
tur ueritas eius mortis & immolationis.Deinde ut
pra,narra hiſtoriam primæ partis,& cuius ſignum
tebat,& qua intentione.Sequitur.[*Reſpondens ait ill*
*Generatio mala.*](per inuidiam & nequitiam)& ad
tera per idololatriã.ſuper adde uſque Sic erit filius
minis in corde, terræ.Ionas.i.columba ſignat cor
*Pſa. 50.* minis,in quo debet eſſe ſimplicitas columbina. P
Cor mundum crea in me &c.Niniue germen pul
tudinis pulchrã animam præfigurat.de qua Cant
Tota pulchra es amica mea hoc animæ canitur iu
ſed peccatum fœdat , ideo ad eam mittitur Ionas
diuinã inſpirationem,ad cor,ſ.hominis,ut ipſi int
tũ nunciet,ſi non agat pœnitentiã. Vnde dixit.Ad
quadraginta dies &c.ubi ducitur uicenarius in u
narium,malum culpæ in malum pœnæ , ideo dic
*Ion.2.* Niniue ſubuertetur.Nuncium Deus mittit miſer
lem,quia fuit tranſgreſſor diuini præcepti , & diu
inſpirationis,fugit,facie Dei in Tarſis.Quomodo
in Niniuem,ideſt in animam,ſ.quæ non uult eſſe
ipſo?Tarſis quæ diſſipans ſpeculum interpretatur,
dium mundanum ſignat,quod diſſipat ſpeculũ fid
quia uidemus nunc per ſpeculum in ænigmatæ, di
pat inquam operibus fœdis.Mare eſt mundus per
ad iſtud gaudium peruenitur,ſed frequenter ante
perueniat homo ad gaudium quod affectat,a ma
belua ideſt dæmone deuoratur. Nauis iſta caro e





na quæ ſemper te ducit in Tarſis.i.in mũdanã læti-
.Hanc aſcendit Ionas ut fugiat a facie dñi , nõ attẽ
ns ꝙ dñs in ſpiritu dñi conteret naues Tarſis. Pſa. In *Pſal.47.*
n naui graui ſopore iacet,Ionas colũba ſeducta,ideſt
ſerabile cor peccatoris ſopitũ.Surge qui dormis di-
Apoſtolus &c.Nota ꝙ clauſæ ſunt feneſtræ ꝑ quas
beret lux ingredi, & dies apparere , & ideo dormis
rtendo te de latere in latus.i.de peccato in peccatũ,
uequo piger dormis? Tempeſtas mundi aduerſitaſ-
ue non ſinit hominẽ frequenter in Tarſis.i.ad gaudiũ
uenire qđ optat.O infelix peccator qũo potes dor-
re in tam ualida tẽpeſtate?Nautæ corporis tui exci-
nt te,& excitare conantur,ut inuoces Deũ tuum.An
n excitat te dolor capitis?An non cæcuties oculorũ?
n non debilitas membrorum?Inuoca deũ tuum. Sed
id debet excitare,& dicere?Mitte te in mare,ſcilicet
naræ contritionis,quia Thren. Magna eſt uelut ma-
contritio tua. Sis in corde cæti , ideſt dęmonis qui *Thre. 2.*
uorauerat,ſis inquam non per habitationẽ ſed per
nſiderationem,& meditationem,tribus diebus,quia
nſideres Diuinam potentiam quæ ad pœnitentiam
adducit,quæ dies prima.Hoſtis fraudulentiã quę te
epit,& a iuſtitia abducit quæ dies ſecunda.Amicitiã
qua gratis contempſiſti,& hæc eſt tertia dies.
el ſic.Nequitiam hoſtis cui te commiſiſti. Gaudia a
quibus excludebaris. Et tormenta quibus deputaba-
.Et tunc piſcis euomet de ore ſuo, & ad littus proij
et.[*Sic erit filius hominis,*] hoc uoluit dicere Chriſtus,
uòd haberent ſuæ damnationis, & reprobationis nõ
gnum ſaluationis. Petierunt enim ſignum in pro-
undum inferni , & non in excelſum ſupra.Iſa.7. Hoc
gnum impreſſum eſt eis quando dixerunt. Sanguis
ius ſuper nos , & ſuper filios noſtros &c. Tunc facta
t oratio eorũ in peccatum. Habuerunt ſignum , quia
hriſti mortẽ pertractauerunt , ſed non eius reſurre-
ionem crediderunt , & ideo dicit [ *& ſignum non*

dabitur ei niſi ſignum Ionę prophetę, ſicut enim
nas fuit in uentre cęti tribus diebus, & trib.nocib
*hominis in corde terræ,*] ſcilicet peccatoris, ſtat mort
nec uis ei aperire cum continue clamet. Iob.x. Te
ne operiaris ſanguinem meū. Stat mortuus tribus d
bus, quia triplicem radium immittit tibi boni,
licet temporalis, corporalis, & ſpiritualis, & tribu
ctibus, ſcilicet triplicis punitionis, ſcilicet in pro
perſona, in temporalibus bonis, & in conſanguin
Sicut fuit Ionas tribus diebus, quia in pueitia, iu
tute, & ſenectute. Sed aduerte quòd niſi nunc re
gat in te per gratiam, his diebus tranſactis, reſu
per horrendam iuſtitiam. [*Cum immundus ſpiritu*
immundus eſt tam formaliter quàm effectiuè. Fo
enim omnem locum, id eſt conſcientiam per q
Mal.2. tranſit. Malach. Contaminauit ſanctificationem
quam dilexit. [*Ambulat per loca arida.*] i. per cõſcie
ſanctorum, quæ ſunt inſtinctu ſpiritus ſancti exicca
Gen. 8. Gen. Adduxit dominus ſpiritum ſuper terram & i
minutę ſunt aquæ, ſcilicet mundanarum uoluptat
& infra. Aſpexit Noe uiditque quòd exiccata eſſe
perficies terrę. Ambulat inquam per ſuggeſtio
&c. Aliter expulſus per pœnitentiam reuertitu
recidiuum, cum ſeptem ſpiritibus nequioribus,
recidiuans ſeptem tranſgreſſiones committit,
delicet.

Ingratitudinem ueniæ ſibi factæ.

Fracturam fęderis quo deo promiſerat non pec
mortaliter.

Subſannationem miſericordiæ cui illuſit.

Contumeliam ſacramenti confeſſionis, & matrim
per eam contracti inter deum, & inter ſe, & trad
ſe in manus inimici.

Iniquitatem retributionis eijciendo dominum.

Perditionem dei caſtri, quod peccando tradidit in
nus inimici. Et iniquitatem tranſgreſſionis &c.

FERIA



# FERIA. V. DOMINICAE primæ Quadrageſimæ. De cananea.

EGreſſus Ieſus ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis &c. Matthæi.15.] Scriptura diuina quæ teſte Augu- 1.a.A.
ſtino. 2.de doctrina chriſtiana, utitur magis in
ſua ſignificatione proprietatibus rerum, quàm
uerbis, dummodo cõſonam proprietatem accipiat,
uocis ſignificatione non curat diſſonare. Exemplum
patet in multis. Nam quia per cor ſiue per affectum
ad animam ingreditur ſpirituale nutrimentum, idcir-
co uocat frequenter ipſum os, ut Pſal. Os iuſti medita- Pſal.36.
bitur ſapientiam. & alibi. Aperi os tuum & adimple-
bo illud, eo ꝙ hæc dilatatio fit ad formam uaſis, quod
profundatione, & diſtentione fit capacius. Hæc diſten-
tio eſt bonæ uitæ continuatio. Hæc profunditas eſt
humilitas. Greg. lib.20. Mora. cap.25. Affectus ſiue cor
ad promerenda cęleſtia tantum fit capax quantum fue
rit in expectando longanimis. Et ideo alto conſilio om
nipotens deus, cum ſancti eius, aduerſariorum perſe-
cutionibus comprimuntur, cumque aſſiduis ut liberē-
tur interpellationibus clamant, differre ſolet uoces
ſeu uota petentium, ut merita patientium creſcat, qua
tenus eo magis exaudiantur ad meritum, quo citius
non exaudiuntur ad uotum. Ipſe reuera dicit per pro-
phetam. Dilata os tuum (ſiue affectum, quod fit per lõ- Pſa. 8.
ganimitatem patientiæ expectantis) & ego implebo
illud &c. vt ſupra. Quam patientiam quia iſta ſancta
mulier habuit, idcirco a domino excellenter meruit
exaudiri, ſicut euangelium proteſtatur. Igitur [*egreſ-
ſus &c.*] in quo quatuor notantur, uidelicet Clan-
gor implorationis pulſantis diuinitatem. [*Egreſſus Ie-
ſus.*] Rigor exprobrationis probantis humilitatem,
[*quia non reſpondit ei uerbum.*] Vigor perdurationis

 mon-

moſtratis ſtabilitatem.[*At illa &c.*]Tenor exaudi-
nis donātis ſalubritatem.[*tunc reſpondens Ieſus ait.O*
*lier.*]

Quantum ad primum attendere debemus dulc
ſam dignationem uenientis,[*Egreſſus Ieſus.*] Virtu
ſam conditionē accurrētis.[*Ecce mulier.*]Lachrymo
1.Re.11 petitionē indigentis[*Filia mea.*]Vnde nota quare
nit,quia Saluator,quia ſole aduenięte fit ſalus.1.R
Erit uobis ſalus cum incaluerit ſol.Et unde uenit,
Miche.5 de Nazareth,quę interpretatur orta natiuitas,ſi
ortum principium.Michę. Egreſſus Ieſus a prin
pio dierum æternitatis eius. Pſalm.A ſummo cœ
egreſſio eius &c.Alio modo interpretatur gener
dura:& ſignificat diuinam iuſtitiam,quæ concuti
conturbat mare,id eſt,peccatores,uel inducit
per eos fluctus punitionum & undas pœnarum,F
uit ſpiritus tuus,& operuit eos mare &c. Quid
motus per quē inceſſit,quia quia receſſit,ideſt ſeor
ſua æterna natiuitate & a ſua iuſtitia ,pcul receſſ
Quis locus ad quem acceſſit,quia [*in partes Tyri & S*
*donis.*]Nota,non dicit ſimpliciter in Tyrum & Sido
ſed in partes Tyri & Sidonis.Si enim loquamur de
mo Chriſti aduentu ipſe uenit in partes. Tyri. Ty
enim interpretatur anguſtia.Hæc aūt habet duas
tes,una eſt culpæ,alia pœnæ.Secundā Deus Dei fil
aſſumpſit,primā uero nō,niſi ſecūdū ſimilitudinē
quanto pœna uidetur.Ecce punitio culpæ. Vnde
peccatū,nec ignorantiam,nec difficultatem ad bo
nec pronitatem ad malū Deus aſſumpſit,quia iſti
nobis contuliſſent.Sidon uero interpretatur uena
& hæc ſimiliter habet duas partes.ſ.ad animā,nā ſi
in anguſtia culpæ ipſe uenit in partes,quia intelle
inſpirando,quia intellectus eſt uoluntati propinqu
in qua eſt culpa.Venit etiam corpus flagellando &c.
Si es in anguſtia pœnę,ipſe ſimiliter uenit in pa
pœna.



pœna.ſ.mitigando,tolerantiam ſiue patientiam cōfe
rendo.Si uero es in Sidone,id eſt in uenatione gratiæ
ipſe uenit ad partes,dū.ſ.tibi accendit deſideriū ut au
geat meritum &c. De iſto ſucceſſo Chriſti , habe-
mus figuram.2.Machab. Vbi ſic dicitur. Iudas 2.Mac.5
Machabæus qui decimus fuerat,ſeceſſit in deſertum
locum ,ibique inter feras uitam in montibus cum
ſuis agebat, & fœni cibo ueſcentes demorabantur ne
participes eſſent coinquinationis. Vbi attende ſu-
blimitatem faſtigij eminentis , quia Iudas qui glori-
ficans uel confidens interpretatur illo qui dicit.
Matth. Confitebor tibi pater &c. Et alibi , Qui Mat.11.
me confeſſus fuerit &c.& Ioan.8.Ego gloriam meam
non quæro. Sed certe quærebat gloriam patris.
Sed Machabæus,id eſt protegens,adiutor enim meus
& protector factus eſt mihi in ſalutem ; qui fuerat de
cimus , quia finis limes & terminus omnium entium
quæ ab ipſo ad inſtar numeri proceſſerunt , uel deci-
mus , quia ſupremus ad nouem ordines angelorum.
Benignitatem præcordij miſerantis,quia ſeceſſerat,id [illegible]
eſt abierat . Papias , id eſt ſingulariter abſcedere.Sed
benedictus Dei filius non potuit magis abſcedere quā
aſſumendo omnes noſtras miſerias præter culpabi
les,ideo bene in deſertum . Iſa.primo.Terra noſtra
deſerta,regionem noſtram corā nobis alieni deuorāt.
Tranquilitatem ſacrarij patientis, quia humiliter de
moratus eſt inter feras quę crudeliter ſuum medicum
peremerunt, immo quæ ſeipſas ſpiritualiter perimūt
illis mortalibus ſe libere exponentes,ſic enim prædi
ctum ipſi fuerat. Dan.4. Cum beſtijs feriſque erit
habitatio tua.Sed quod demorabatur in montibus cū
ſuis,ipſe enim demoratus eſt ad literā in montibus ,
quia in culmine uirtutū & perfectionum,ſed demora
tur nunc in monte uberrimo miſericordiæ ſuæ,in mō
te.ſ.Oliueti,in monte.ſ.ubi fluenta gratiarum ſcatu-
riunt.Hic eſt mons Dei,mons pinguis. Sedulitatem [illegible]

armarii recondentis,ſiue connubii annectentis, qu
fœni cibo ueſcebatur,quia peccatores uult ſibi an
ctere & eos ſibi incorporare.Dani.10. Fœnum ut b
*Pſ.91.* comedes, fœnum de quo Pſalm. Cum exorti f
rint peccatores ſicut fœnum, & apparuerit om
&c.& alibi.Homo ſicut fœnum · Attenditur etia
motus celeritas.[*Et ecce,*]ideſt ſtatim, non enim
dauit,ſed ſtatim[*egreſſa eſt.*]

Quantum ad ſecundum,ubi ponitur ſexus fragili
tas, quia mulier. Cultus diſparitas, [*à finibus i
lis egreſſa.*] Nota de hoc figuram.4. Regum.8.
ubi dicitur. Cum finiti eſſent ſeptem anni, ſcilic
famis præteritæ, reuerſa eſt de terra Phyliſtijm m
lier, & ingreſſa eſt, ut interpellaret regem pro d
mo ſua, & pro agris ſuis. In quibus uerbis a
tende. Deuaſtitatem deſignari, animam deſt
tuentem, quia ſeptem anni, id eſt, uniuerſa pec
ta quibus anima fuerat peregrina a Deo. Sanit
tem inchoari maculam abijcientem, & ideo reu
*Hier. 3.* ſa eſt,cum finiti anni eſſent.Hiere. Reuertere pec
trix Iſrael ait dominus,& nõ auertã faciẽ meã a uob
& alibi Reuertere uirgo Iſrael, reuertere ad ciuit
tuam.Maieſtatem implorari ueniam elargientem,
ideo ingreſſa eſt.ſ.peccati uincula,ut interpellaret
gem.ſ.Chriſtum.Libertatem poſtulari, pœnitentia
reſtituentem,quia pro domo ſua,& agris,ideſt conſ
tia,& ſenſualitate.Threno.ultimo. Hæreditas noſt
uerſa eſt ad alienos,domus noſtræ ad extraneos. Pe
enim ut a ſeruitute peccati eripiatur, & ſibi tradat
propria conſcientia,uenit & adorauit eum dicens,d
mine adiuua.Hæc ſancta mulier tribuit nobis form
diuinã gratiã impetrandi.Debemus enim ad amor
eius properare per dilectionem,quia [*uenit.*]
Supplicare per deuotionem,&[*adorauit.*]
Explicare deſtitutionem,ideo[*adiuua me.*]
*Mal.12.* Diuina ſcriptura Chriſtum ſolem cõmemorat. Mal

&



& hæc rationabiliter propter multa,ſpecialiter tamẽ
quia ſicut latio ſolis in curriculo obliquo, ut dicunt
tam doctores catholici quam etiam mundi ſapientes,
facit mutationem in rebus per ſuum receſſum,humi-
ditas arborum cõgelatur ne fluat,& ideo in hyeme ui
dentur quaſi mortuæ,non ſolum priuatæ floribus,&
fructibus,uerum etiam frondibus, per eius autem ac-
ceſſum humor congelatus liqueſcit, & fluit in folia
flores & ramos,& fructus,ſic recte ille ſol iuſtitiæ quã
do per culpam a mente hominis elongatur humor de
uotionis conſtringitur & tepeſcit, & in gelu acediæ
conuertitur,intantum quòd rami charitatis areſcũt,
folia honeſtæ cõuerſationis ſeu locutionis defluunt,
flores odoriferæ conuerſationis uel orationis perimun
tur, & fructus meritoriæ operationis miſericordiæ
perduntur. Et forte iſta eſt cauſa quare hodie uerba
prædicationis nõ fructificant,quia ſemen aliud ceci-
dit in terram bonam, aliud inter ſpinas &c. Ad uero
hoc ſole iuſtitiæ appropinquante,anima uireſcere in
cipit ac etiam pullulare,quod utique ad ſenſum licet
quodam modo appareat manifeſte.exemplum tamen
proponitur in Euangelio hodierno ſub figura Chana
neæ,quæ nunquam acceſſit ad Chriſtum pro filia,
pro ſalute petenda,nec ſalutem eius per conſequens
impetrauit,niſi Chriſto prius appropinquante ad ip
ſam,quemadmodum ſeries euangelii manifeſtat. In
quo quidem Euangelio tria breuiter innuuntur.
Benigna uiſitatio medicantis.[*Egreſſus Ieſus*].
Deuota ſupplicatio poſtulantis,[*Domine.*]
Perfecta reſtitutio ægrotantis.[*O mulier.*]

Quantum ad primum,narra hiſtoriam. Nota per
filiam,animam.Sapientiæ primo.Sapienter fecit deus
nationes orbis terrarum,& tamen non eſt illis medi-
camentum,& hoc de illis qui nolunt recipere medi-
cinam,ob quam rem anima ſeu filia infirmatur. Or-
bis terrarum,ideſt terrenorum peccatorum, qui ter-

rena cogitatione in terrenis affectibus nutriun
Gen.2. Terram comedes & ſupra pectus tuum gra
ris. Gradiens ſuper terram cor habet in ſolo. Nota
muliere. Hieronymus contra Iouinianum lib.1. H
norma ſcripturarum, ut deficientibus ſanctis uiris,
lieres in uirorum laudentur opprobria. Si quæri
quare noluit exaudire eam tam cito, reſpondeo p
pter mulieris confidentiam approbandam, ut tu
felix homo qui non confidis erubeſcas &c. Prop
approbatam conſtantiam diuulgandam, ut ualeas
ſtantiam mulieris imitari. Propter orationis neceſ
tatem declarandam, ut, ſcilicet diſcipuli orarent p
ea, quo datur intelligi orationis neceſſitas. Has ra
nes aſſignat Gloſ. Propter eius gratiam exaltanda
ut diligenter cuſtodiant quod cum labore acquiſ
eſt. Chryſoſtomus. Propter uberiorem gratiam co
rendam, [*Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt &*
quia non ad hœdos qui ſunt in ſiniſtra finaliter co
candi, non ad lupos, quia uolebat hãc eſcam in ou
conuerti, quod factum eſt. O quot ſunt canes in m
do qui non ſanguinem beſtiarum ſed pupillorum
*4.Re.22.* bunt.4.Reg. Linxerunt canes ſangui nem. Nota q
nis habet linguam medicinalem, ſed tales ſunt pe
res canibus qui habent linguam ſerpentinam. Pſa
Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipſo, ſ. mali
tatis & detractionis uitio &c.

*Etiam domine, Nam & catelli &c.*] O ſtupenda &
militas & conſtantia mulieris. Chriſtus eam uoca
canem & ipſa ſibi hoc nomen noluit arrogare, q
canis aliquid habet induſtrię, quia cognoſcit dom
ſuum, ſed ipſa nõ præſumpſit hoc dicere. Item do
cuſtodit, & furis ingreſſum arcet, & etiã matrẽ te
Hæc non ſic de ſe dicit, quia nec domum conſcien
cuſtodire ſe fateri uoluit, nec latratum confeſſio
habere quo hoſtis depellitur, ſed ſe nominauit ca
lum qui indifferenter cum omnibus ludit, quia om
uitio



uitio adhærebat, quia dominum non cognoſcit qui
indifferenter contra quemlibet latrat. Item humili-
tas, quia quos Chriſtus uocat filios ipſa uocat do-
minos, dicens. [*Edunt de micis quæ cadunt de menſa domi
norum ſuorum*,] & ideo uidit mulier prudens quòd ex
hoc aliquid honeſti a domino reportaret, quod & fa
ctum eſt.

Sequitur tertium. [*O mulier &c.*] Moraliter mulier
iſta tam prouida anima eſt, in qua timor Dei qui ſa-
pientiæ principium, collocatur. Prouer. ultimo. Mu-
lier timens Deum ipſa laudabitur. & 14. Mulier ſa-
piens ædificat domum ſuam. Et bene dicitur Chana-
næa, quia de ſua ſalute zelotypa. I j. Zelatus ſum bonũ,
non confundar. Filia conſcientia. Eccleſi. 36. Filia
eſt melior filia, ideſt conſcientia quando eſt proba eſt
melior corde uago. Item de ſponſo ſuo Chriſto. 4. Re
gum. 19. Zelo zelatus ſum pro domino de filia. Deu-
tero. 7. Filiam tuam non dabis filio eius, ideſt peccato
quod eſt filius diaboli. Hæc uexatur, dum a dæmonis
tentatione concutitur. 2. Macha. 14. Prauitate uniuer
ſum genus noſtrum non minimum uexatur. Pſal. Ve-
xati ſunt a tribulatione malorum. Sed quid dicitur *Pſ. 106.*
Iſa. 28. Sola uexatio intellectum dabit auditui. Hoc
enim debet conſiderare anima prudens & hæc uexa-
tio ab onere commiſſæ culpæ procedit, & ideo ad do
minum pro ſalute conſequenda confidentius debet
accedere, maxime quia egreditur eius iuſtitiam relin
quẽdo, ſcilicet. Chriſti, cum ipſe ſit iuſtitia. Abacuch.
Egreſſus es in ſalutem cum Chriſto tuo, ideſt cum *Abac. 3.*
chriſmate & dulcedine pietatatis & clementiæ, non
rigore auſteritatis & iuſtitiæ. [*Et uenit in partes Tyri*,]
ideſt anguſtiæ culpæ, [*& Sidonis*,] ideſt illorum qui
ſunt uexati a dæmone. Threnor. 3. Venatione cepe-
runt me quaſi auem inimici mei gratis. Nota quòd
oportet hanc mulierem, ideſt animam, non ſolum
egredi a peccato, ſed a finibus peccati. Frequenter. n.
dimittit

dimittit diabolus uſque ad confeſſionem peccato
ſed tamen in confinijs peccatorum retinere nititu
Exodi.8. cut habemus exemplum Exodi, quòd Pharao fi
Iſrael bene permittebat,ut irent in deſertum ad ſa
ficandum Deo ſuo,ſed non patiebatur eos procul
re,ne terminis egreſſi Aegypti ab eo fugerent.Ab
finibus debet anima fugere,& egredi,ſi non uult in
ternum cruciari.Geneſis.Non ſtes in omni circa re
Gen. 19. ne.Et 12.Egredere de cognatione tua, & de terra
& de domo patris tui,ideſt diaboli.Vnde.Vos ex pa
diabolo eſtis. Ioan. 8. De generatione, id eſt de o
opportunitate peccandi,quod ſi non feciſti, non e
giſti laqueos inimici.Sufficit enim,quòd te liget pe
dem affectionis,& tamen dimittit tibi guttur côfe
nis.De hoc egreſſu habetur figura.1.Machab. vbi
1Mac.5. citur, quòd Iudas Machabæus cum tribus ordini
bellatorum Timotheum inuaſit, qui terram inuaſe
Iudæorum, & populum peremerat, & captiuauer
multiſque de populo Timothei interemptis,ipſum
gauit,quo facto Timotheus iterum populum cong
gauit,aſſumens ſibi Arabes, & ſic contra Iudam p
ceſſit.Deditque populo ſuæ uictoriæ,uel ruinę ſign
dicens, ſi Machabæus tranſierit torrentem potens
terit aduerſum nos, quòd ſi non fuerit auſus tra
re,ſed timuerit, tradetur Iudas in manus noſtras.
das confeſſor interpretatur. Machabæus protege
uel percutiens nuncium. Tres ordines, tres pa
pęnitentiæ, ſcilicet deteſtationis in corde, accuſa
nis in ore, & caſtigationis in opere. His enim
bus perimitur populus peccatorum uſque ad o
milia. Octonarius eſt numerus ſolidarius, mille
rius eſt ultra quem egredi non poteſt, niſi per re
cationem. In octo, peccati firmitatem, in mill
multitudinem, quæ omnis per tres ordines peri
tur, qui ſunt iteratio, exercitatio, tentatio poſt co
feſſionem. Ad quam aſſumis arabes, quæ regio
terpre-



erpretatur humilis, ideſt occultæ ſuggeſtionis.Item
nterpretatur inſidiatores, & occidentales, & ſignat
undana ſolatia quæ cito occidunt, & animæ inſi- Hier.15
antur, uel faciunt animam occidere a lumine gra-
æ. Hierem.Occidit ſol cum eſſet dies. Iudicum 19.
ecubuit enim ſol cum eſſet iuxta Gabaa. quæ pro-
uis eſt, interpretatur torrens, peccati terminus,
em ſi tranſierit Iudas habet uictoriam in manu, ſi
n tradetur in manum inimici. Nota quòd Timo-
eus beneficium interpretatur, & ſignificat dæmo-
em, per contrarium ſic eſt dictus, quia promittit
bi beneficia facere, uel quia eſt occaſio beneficij
o homines excitantur, ut mereantur uitam æter-
m. Amen.

## ERIA SEXTA DOMINICAE Primæ Quadrageſimæ, De languido ad piſcinam ſanato.

*Anus factus eſt homo, & ſuſtulit grabatum ſuum &c.*] Ioan.5.Sicut peccatum habet eneruare uigorē, effugare ſplendorem,generare torporem, ſic diuina gratia habet ſanitatē inducere. Ecce ſanus ctus eſt.Claritatem imittere.Homo in quo. Fœtidã iditatem excludere. Et ſuſtulit grabatuum ſuū &c. o ipſa ergo &c.[*Erat dies feſtus Iudæorum &c.*] Ioan. Secundum,quòd ait Iſidorus de ſummo bono lib.1. p.33.de cauſis infirmitatis,infirmitates accidunt vi-licet ex peccato ex tentatione,& complexionis intem erantia,& ideo licet huic nouiſſimæ poſſit humana edicina ſuccurrere,alijs poteſt ſola ſubuenire pietas uinæ miſericordiæ,hæc Iſidorus. Et quia infirmitas ri non poteſt,idcirco præcipit medicus decretalis,ut mper medicus curam animæ præmittere debeat.

Hunc

Hunc modum proculdubio Saluator in ſuis curati-
bus noluit obſeruare, quia quos poſt ſanabat corp-
prius ſanabat mente, ſicut Euangelium hodiernum
bis manifeſtat: quia prius Saluator noſter ad cura-
uoluntantem acceſſit cum dixit, Vis ſanus fieri? &c.
inde corpus reſtituit ſanitati. Tanguntur autem in
uangelio hodierno quattuor, uidelicet calamitas
guoris qua peccato affligitur ex parte peccatoris. [
*enim dies feſtum.*] Benignitas dulcoris ex parte rede-
ptoris quia Saluator compatitur. [*Hunc enim.*] Ma-
gnitas rancoris ex parte detractoris qua detractor
funditur. [*Dicebat enim..*] Vtilitas ſermonis ex pa-
correctionis qua tranſgreſſor corripitur. [*Ecce ſa*
*factus.*]

Quantum ad primum narrat Euangeliſta, quòd
ſtente feſto Iudæorum (ponitur Iudæorum calami-
quia illæ feſtiuitates [licet eſſent ad diuinam reuer-
tiam tamen Deus modicum de ipſis curabat, quia
totiens in feſtis ad ea quæ ſunt mundi, plerique c-
uertuntur) [*aſcendit Hieroſolymam.*] Erat autẽ ibi
ſcina probatica, quæ eſt ouis, quaſi ouina, quia ib-
crificia lauabantur, nullo enim tempore nec uaſa
Ephe. 4. taminata, ideſt conſcientiæ ſordidæ, nec ſacrifici-
munda Deo placuerunt. Vnde Apoſtolus. Sciat vn-
quiſque uas ſuum poſſidere in ſanctificatione, non
fœtore, & immunditia. Vnde [*Hebraice cognomin-*
*Bethſaida*,] ideſt domus pecudum. Etiam habeba-
circuitu quinque porticus in quibus poterant ho-
mines commorari, in quibus iacebat magna multitu-
languentium, cæcorum, claudorum, & aridorum e-
pectantium poſſe conſequi ſanitatem. Vnde autem
buerit illam uirtutem piſcina, poſſet eſſe quæſtio,
circa hoc aliquid eſt certum, aliquid dubium. Cert-
quòd hanc uirtutem non habeat ex ſua naturali pr-
prietate, tum quia natura determinatur ad certos e-
ctus, etiam circa illud quod operatur a tota ſpecie,

aiunt



aiunt medici, hæc autẽ erat ad omnes imfirmitates,
tum quia hæc uirtus non inhærebat ipſi in omni tẽ-
pore, ſed ſolum dum mouebatur ab angelo, & ideo
dicit, [*Cum angelus domini &c.*] tum quia ſolus primus
qui ingrediebatur poſt motũ ſanabatur, & non aliud,
tum quia hæc aqua erat pluuialis, ut ſancti ponunt,
& non ſcaturiebat, & per conſequens ab aliis diſtin-
guebatur ſpecie. Hoc eſt certum. Sed dubium eſt un-
de hoc habuit, unde hic dicũt quòd a ligno domini-
cæ crucis quod tunc cæpit ſupernatare, quod a Salo-
mone fuerat poſitum ſub terra, & nullus præter bea-
tum Ioannem facit mentionẽ de huiuſmodi. Ex quo
ueriſimile uidetur quòd ante Chriſtum hanc uirtu-
tem non habuit, ſed poſt Chriſtum cito ceſſauit. Ali
qui dicunt quòd habuit ex tactu mundiſſime carnis
Chriſti aquam in ſuo baptiſmate conſecrantis. Ali-
qui quòd ex diuino imperio & angeli miniſterio qui
ipſam aquam mouebat. Quicquid fuerit, illa uirtus
erat ex Deo, & ad hoc fuit congruitas, quia ſemper
Deus in ſuis operibus procedit ordinate, ut ab extre-
mo per medium tranſeat ad extremum, quia aqua pri-
mo ſacrificia exteriora purificabat, & debeat purifi-
care animam interiorem, ſicut nunc facit in uiuo ba-
ptiſmate. Proſequere hiſtoriam. [*Vis ſanus fieri?*] hoc
dicit ad curam ſuam. A cauſa infirmitatis incœpit
ſicut bonus medicus, quia peccatum erat eius cauſa ſi-
cut innuitur, & ideo primo uoluit uoluntatẽ eius or-
dinare, quia cura ſpiritualis nõ fit niſi uolũtate. Vnde
Auguſtinus. Qui creauit te, ſine te non iuſtificabit te
ſine te. [*Hominem non habeo,*] quaſi dicat. Bene uo-
lo domine, Sed quid mihi prodeſt hæc miſera uo-
luntas &c. [*Surge,*] reſtitutio ſanitatis. [*Tolle gra-*
*batum,*] reſtitutio fortitudinis, non ſic facit cura-
tio medici, & uade, reſtitutio debiti. Præcepit ipſi
tollere lectum ad miraculi confirmationem diuulga-
tionem.

De

De tertio,nota hiſtoriam,& quòd recidiuum eſt pe
riculoſius, q̃ prima tranſgreſſio &c.Moraliter pro di
uerſis officijs diuerſas piſcinas conſtruxit.Eccleſia.E
Eccle.2. truxi mihi piſcinas aquarum,ut irrigarem ſyluam li
gnorum germinantium in horto,ſcilicet eccleſiæ pe
ccatorum, uel in pomario pœnitentiæ. Et ſecundu
hoc dicitur piſcina uno modo ueritas legis diuinæ
Quę porticus quinque habuit, quia in quinque libr
tradita eſt.Angelus mouens eſt Chriſtus de cœlo de
ſcendens, languidus, populus iudaicus qui reuera
ſolis porticibus morabatur, nec piſcinam, ideſt leg
ſpiritualis intellectum ingredi ualuit. Alio modo pi
ſcina eſt baptiſmus, porticus quinque, damna qu
faciebat nobis originale peccatum, languidus, ge
humanum, angelus domini uirtus baptiſmi. Al
modo piſcina eſt paſſio Chriſti, porticus quinque
uulnera eius. Alio modo fons diuinæ pietatis piſc
eſt, quæ continue ad ſuſceptionem gratiæ inuitat.
Sed omnibus prætermiſſis dicitur, quòd probati
Neem.3 piſcina quę eſt in Hieruſalem eſt pęnitentia,per qu
homo pacificatur Deo,de qua loquitur Neem. Pi
nā quæ grandi opere conſtructa eſt,ſcilicet a filio D
Vere grandi,quia grandia tollit,ſcilicet culpam &
nam infinitam,& grandia confert,ſcilicet gloriam
piternam.Tactus huius piſcinæ eſt opus pęnitenti
titudo eius charitas exceſſiua, profunditas eſt hu
litas, quæ tanta eſt quanta fuerit terra, ideſt terr
& temporalis affectus amotio, & ideo qui habent
plenum rancore, uel odio, qui habent affectum
renis alligatum, nullam poſſunt habere piſcinam p
tentię.Piſcina humilitatis eſt quę ex abiectione tem
ralium fit,& fluit aqua in hac piſcina quę abluit a
mam a peccato,& conuerſationem a macula.3.Reg.
uauerunt currum eius in piſcina Samarię.i.in cuſto
pęnitentię. Sicut enim currus uehit, ſic conuerſa
portat. Et ideo hęc piſcina extitit nobis figura

Exod



Exodi. Facies labium & mare æneum cum baſi ſua ad Exod.30
lauandum,poneſque illud inter tabernaculum teſti-
monij & altaris,& miſſa aqua lauabunt in ea Aaron
& filij eius manus & pedes, quando ingreſſuri ſunt
tabernacula,& inceſſuri ſunt ad altare,ut offerat thi
miamata ne forte moriatur.Nota hic per mare amari
tudinem contritionis,per labium æneum quod ſoni-
tum facit confeſſionem, per baſim quæ ſuſtentat, ſa
tisfactionem, per altare ubi fiunt oblationes, præſen
tem eccleſiam,per tabernaculum quod ſecundū Iſa. Pſal.14.
nequaquam transferri poterit,illud de quo Pſal.
Domine quis habitabit in tabernaculo tuo.Expone.
Aaron qui montanus interpretatur,hominem ſignat
qui de ualle miſeriæ & culpę aſcendit in montem gra
tiæ inde aſcenſurus ad montem gloriæ,lauat manus
ideſt opera, & pedes, id eſt affectiones ipſe & filij e-
ius,ideſt cor & ſpiritus & animus,ſiue ad altare acce
dere debeat,ideſt aggregari numero fidelium,ſiue in-
troire in tabernaculum patriæ. Sed quid? aliqui fa-
ciunt ſibi mare ænium,id eſt amaritudinem culpæ cū
obſtinatione quæ eſt culpæ baſis.Vel labium æneum
ideſt infamiam,qui gloriantur cum male fecerint.Iſti
etiam bene ſignantur per mare aſſalti,ubi non aqua ex
ablutionis,ſed infectionis, & contaminationis contine
tur,de quo narrat Iſidorus tria.Primo quòd nullum
animum recipit,ſic peccator, nec aliquod opus uiuifi-
catum,ſed uel reijcit uel perimit.Secundo quòd nullis uē
tis concutitur,& hoc propter comparationem aquę
bituminoſæ,ſic nec concutitur peccator,neç flatu in
ſpirationis deuotæ,nec uento prædicationis, nec tur-
bine comminationis.Tertio quia lucerna accēſa ſuper
natat ibi,extincta uero ſtatim mergitur,ſic cor pecca
toris ſplendorem ſapientiæ & notitiæ non poteſt ſibi
imprimere,ſed ſolum tenebras fraudis & malitiæ.
Quot ſunt mundi ſapientes qui ſciunt inuenire uer-
ſutias infinitas,& tamē de diuina notitia nihil ſciunt?

Hæc

Hæc reuera eſt piſcina diaboli, ubi eius ſacrificia ib
bentur, ne aliquid retineant boni uel meriti, qua
22.teſtatur dicens.Congregaſtis aquas piſcinæ infe
ris,& domos Hieruſalem numeraſtis,& deſtruxiſtis
mos ad muniendum murum, & lacum feciſtis in
duos muros (ſcilicet odium dei,& dilectionem ſui
aquam piſcinæ ueteris,& non ſuſpexiſtis ad eum q
fecerat eam. Diaboli autem non eſt talis piſcina q
lis eſt in Hieruſalem .i. uirtutibus conſtituta dom
in eccleſia &c. Quinque porticus ſunt quinque con
derationes quas debet habere peccator. Debet en
conſiderare Maieſtatem quam offendit. Si peccau
uir in uirum placari poteſt ei deus. Si autem in de
1.Reg.2. peccauerit quis orabit pro eo? primi Reg. Maculā q
cōtraxit,quid eſt tam fœdum quàm peccatum? Hie
3.Leua oculos tuos in directum,& uide ubi nunc pr
ſtrata ſis,&c.Bonitatem quam contempſit.Rom.2.
diuitias bonitatis & patientiæ & longanimitatis ill
contemnis? Gloriam quam amiſit.Pſal. 108. Qui
luerit benedictionem elongabitur ab eo. Pœnam q
promeruerit æternam.Matth.25.Ite maledicti in i
æternum &c. Sed in ueritate multi iacent & pigri
ſub iſtis porticibus, qui uidelicet languent per cor
rem.Languor autem prolixior grauat medicum.Ec
Eſd.42. ſiaſtic.x.Cæcutiunt per ignorantiam.Eſdr. Quis p
lus meus cadens,apertos habens oculos? Claudican
inconſtantiam, faciam,non faciam.Areſcunt per c
Pſal.101 dis ariditatem. Pſal. Aruit cor meum. Vere ſi talib
dicatur, [*uis ſanus fieri?*] protinus reſpondebunt:[
*mine hominem non habeo.*] non quia non habent cor
minis uel ſpiritum in quo ſit prudentia,ſed cor be
Dan.cor eius ab humano commutetur,& cor feræ d
tur ei. Fera a feriendo dicta eo ꝙ crudeliter feriat,
peccator non poteſt ferire crudelibus quàm ferire
ipſum & perimere in anima. Tales utinam eſſent
porticibus memoratis,& non diaboli,quæ ſunt qu

que



que ſenſus uoluptatio. Spes ueniæ, credulitas diu ui-
uendi,delectatio ſeu amor peccati, labor ſatisfactionis
maxime in lucro illicito, timor continendi, quia non
ſperant poſſe a libidine abſtinere. Hæ figurantur per
quinque reges Gen.pugnantes contra uirtutes, ubi ca Gen. 14
pitur Loth qui declinans uel uacans uel uinctus & con
fuſus interpretatur. Sed quid debes facere? [*Surge*,
*tolle lectum tuum*.] id eſt fac ut delectatio peccati ubi
olimo iacebas, quæ ſuſtentabat te & portabat, fiat
tibi in pœnam ſatisfactionis. Nota homo iſte ſic in-
firmus ſignificat peccatorem per quattuor quæ hic
tanguntur, quia ei defecit ſuperna dilectio quæ no-
tatur in annis. 38. infirmitatis. Quadragenarius eñi
ſecundum Auguſtinum ſignat numerum perfectum,
quoniam ex quattuor euangeliorum doctrina,& ex de
cem præceptorum obſeruantia conſurgit, uel ſignifi-
cat ſtatum pœnitentiæ. Tricenarius octonarius in duo
bus deficit a quadragenario, & ſignificat illos in qui-
bus deficit geminata charitas, ex quo ad uitæ perfe-
ctionem non poſſunt nec ad ſtatum pœnitentię perue
nire, uel ad obſeruantiam legis euangelii cui conue-
nit ſyncera confeſſio uel affectio. Vnde inquit,[*uis ſanus*
*fieri?*] Reſpondit quia ei decidit interna perfectio,
& ideo ſuam miſeriam recognouit, domine hominem
non habeo, id eſt nec etiam uelle nec etiam poſ-
ſe, nec merita ſuppetunt. Venit Angelus,
mouet aquā,tangit cor,monſtrat gra-
tiam, ſed hominem non habeo.
Clamat angelus, pœniten-
tiam inducit, lachry-
mas &c.cui ſub-
uenit di-
uina compaſſio quia dicit,Surge ſurge qui
dormis,& ſurge a mortuis,
illuminabit te Chri-
ſtus &c.

# SABBATO DOMINIC primæ. De his quæ ſpiritum excitant, & deuotionem augent, ſuper Epiſt.

## Ser. I.

SEmper autem gaudete &c. 1. Theſſa. 5.] Rectus u proceſſus nunquam fallit, cum procedat ſec dum ordinem ab infallibili regula conſtitutu Hic docet ꝙ inde eſt accipiendus & inchoan regreſſus ubi acceſſus fuerit terminatus. Nunc au ex ſententia beati Auguſtini ſuper Canonica pri Ioan. in Homilia ultima, & penultima, non poteſt q proximo diſcedere, niſi prius a deo diſceſſerit, im ab eius mandato & conſequenter a ſeipſo, idcirco ad deum reuerti deſiderat, debet a proximo incho ut ad ipſum accedens, & per ſeipſum tranſitum fac ad deum ualeat peruenire. Volens igitur diuinus A ſtolus Paulus, peccatorem ad deum reducere, h nobis inſinuat ordinem in Epiſtola hodierna, in breuiter tria facit, quia primo nos inducit ad ſupe dilectionem, [*Rogamus uos.*] Secundo reuocat ad in nam reformationem, [*Semper enim gaudete.*] Terti nobis inuocat ſupernam præſeruationem, [*Ipſe au deus pacis &c.*) Inducit primo ad exhibendum nos ximis, non tantum ad corporalem neceſſitatem, ſe ad ſpiritualem refectionem, quibus debemus iuxta ſorum exigentiam ſubuenire, & tangit quattuor, quibus debemus ſubuenire, proximis, ſcilicet. Quo reuocationem ſeu increpationem diſcolorum, Co pite. Quo ad conformationem pauidorum, Quia di corde. Quo ad ſuſceptionem collapſorum. Hæc tem ſuſceptio debet fieri in corde per compaſſione Vnde idem Apoſtolus. 2. Corinth. Quis infirmatu ego



ego non infirmior; In ore per orationem. Iacobi. Oratio fidei ſaluabit infirmum. In opere per exempli oſtenſionem. De hoc figura Actuum, ubi dicitur ꝙ po nebant infirmos in plateis ut tranſeunte Petro, eius umbra ſanarentur. Vmbra autem procedit ex luce cor pus obiectum illuſtrante, uel ex ipſo corpore illuſtra- to ab huiuſmodi luce, quæ ſignat conuerſationem. Petrus dicitur agnoſcens ſe & Deum & diſcalceatus ab effectu temporalium. Vmbra conuerſatio a luce gratiæ procedens quę dum tangit infirmum ſanat ip ſum &c. Dicit igitur Apoſtolus. Suſcipite infirmos, non expellite, non interficite lingua detractionis quę interficit uelut gladius. De hoc figura in Ezechia. Iſa. 38. Qui infirmatus cecidit in lectum, & econuer ſus ad parietem, qui templum domini reſpiciebat; fle uit, cui conceditur ſalutis uita. 15. annorum proles qua priuabatur, & ſol retroceſſit, nec nō de mani- bus eripitur Regis aſſyriorum & ciuitas liberatur. Ezech. auxilium peccatorem ſignat cui diuinum au- xilium præſtatur, infirmitas peccatum cui debet mors ſecunda ſuccedere, hic diuinam ſententiam conſide- rans ad pietatem ſe conuertit. Paries, peccatum. Iniquitates enim noſtræ diuiſerunt inter nos & Deū dicitur hic paries a parando. Item paries uilitas proprij corporis, quòd corpus ſeparat a Deo cum te neat animam incarceratam. Apoſtolus Rom. Infe- *Rom. 7.* lix ego homo, quis me liberabit a corpore mor- tis huius? Plorat igitur Ezech. dum deteſtatur & inge- miſcit culpā cōmiſſam, & ideo cōceditur ipſi uita ſpūs per gratiā, ples operum, liberatio de manu hoſtiū. Sol etiā qui ad occaſum ei p̄ decē gradus acceſſerat. i. p̄ de cē pręceptorū trāſgreſſionē, retrocedit p̄ miam. Quin decim anni uitæ ſunt requies aīę. per ſeptenariū cū q eſt numerus perfectus, ſignificatur requies aīæ, & p̄ o ctonarium reſurrectio corporum, quia Chiſtus primi tiæ reſurgētium ſurrexit die octauo, ut docet Aug. ad

Bonifaciũ,queſ.54.Dicit aũt apoſtolus.Suſcipite in-
mos,quo ad tolerantiam uitioſorum .Patien tes eſ-
te ad omnes.Ecc.2.In humilitate tua patiẽtiam habe
2.Cor.In multa patientia ut non ui.mi.no.Quo ad
miſſionem ſupplicij,nulli malum pro malo reddente
Sed caue ne dicas illud.3.Re.ultimo.Non prophetat
3.Re.22. mihi bonum ſed malum omni tempore.Et ob hoc e
ius conſilium prætermittas.Sic fecit Achab, ut legit
in lib.3.Reg.ubi habes,quod Achab,& Ioſaphat in
tuentes commune bellum , contra Aſsyrios , noleb
Achab,Micheam audire dehortantem.Ego,inquit,o
eum,quia non prophetat mihi bonum,ſed malum.
Quare ſpreti eius cõſilij,pœnas luunt.Achab,ideſt
ternitas patris omnem hominem ſignat qui adoptat
per fidem & gratiam ad regnum patriæ ordinatur.M
cheas quis hic,uere nullus unde abeſt timor domi
cui ſolum conuenit hominem ſtabilire , quia niſi t
mor dñi tenuerit te, cito ſubuertetur domus tua.
cl 28.Ramoth excelſum ſignum,faſtus animi,qui be
dicitur Ramoth Galaath,id eſt aceruus teſtimonij,q
omnis mundana proſperitas ſiue caſus eſt ſibi teſtis.
Ait enim.Ego deficio ſicut dicit Ber.Ruinæ ipſius u
ces ſunt eius.Gregorius.Reuocat nos Apoſtolus quo
internam reformationem,& hoc multipliciter.Quo
culpæ immunitatem,[*Semper gaudete,*]ſcilicet gaud
ſpirituali.Quo ad impetrationem uel procuration
ueniæ,[*Orate ſine intermiſſione.*]Quo ad recognitione
gratiæ & beneficij.[*In omnibus gratias agentes.*] Quo
impletionem inſpirationum,[*Spiritum nolite exting
re.*]Quo ad Dei timoris receptionem , [*Vt ſpiritu
querela in aduentu domini ſeruetur.*]Proue.Per timore
Pro.15. mini declinat omnis a malo &c.

EADEM



## EODEM SABBATO, DE Transfiguratione Domini,in Beatiſsima Virgine.

### Ser. II.

D*Vxit illos in montem excelſum ſeorſum, & transfiguratus eſt ante eos.*] Matth.17. Gratia ſpiritus ſancti eſt nobis neceſſaria propter tria , uidelicet quia ipſa habet uiam dirigere, ille enim ſolus recte incedit quem diuina gratia præcedit , ideo dicit , [*Duxit mentem*] erigere,& ſubleuare , ideo dicit. [*In montem excelſum.*] Lucem oſtendere, & explicare, ideo, [*Transfiguratus eſt &c.*] Pro ipſa ergo &c. Secundum,quòd ait beatus Gregorius.33.lib Moral.ca. 24. ubique nobis occurrit ſuperua medicina , quia & dedit homini præcepta ne peccaret, & tamen peccanti dedit remedia ne deſperaret. Et licet nobis remedia,quamplurima contulerit,illud tamen quod habemus de uirgine glorioſa,eſt inter cętera ſingulare , qa peccator erubeſcere poterat apparere coram domino, idcirco huius ſacræ uirginis, cuius eſt hodie congregatio,opportunũ remediũ præparauit,ſicut uerba propoſita proteſtãtur cũ dicit,[*Duxit illos &c.*]In quib.utiq; uerbis nobis oſtẽditur actus magnæ confidentię, quia uidelicet Saluator ad ſalutis remedium nos inducit. [*Duxit illos.*]Statuitur ſitus,ſiue gradus ſummæ pietatis,& affluentiæ, ſcilicet uirgo Maria per montẽ figurata, [*In montem excelſum .*] Exprimitur guſtus miræ patiẽtiæ,quia Deus trãsformauit ſeipſum in hoc monte,ſcilicet beata Virgine,ut peccatorib.humiliter ſe cõformet,[*Et transfiguratus eſt ante eos .*] Ponamus enim quòd Dei filius in hoc monte fuerit trãsfiguratus qñ formã ſerui accepit, ut dicit Apoſtolus.Exininauit ſe

H 3 for-

formam ſerui &c.tamen Deus transfiguratur cõtr
in cõſpectu peccatorũ,quando, ſcilicet ille qui in
tra peccatores concitatur furore, in hoc monte eff
tur manſuetus.Nota beata uirgo eſt mons, quia ſi
montes ſunt ſuperius luminoſi.Inferius ſpatioſi. In
rius oneroſi.Exterius paſcuoſi. Sic beata uirgo fuit
perius luminoſa puritate, quam cum angelis parti
pat.Inferius ſpatioſa charitate, qua tantum ad hum
num genus afficitur.Interius oneroſa pietate,quæ c
tinue ſcaturit in eius corde.Exterius paſcuoſa ſanct
te,qua ibi poteris paſci omni fructu uirtutum, om
flore honeſtatis & reuerentiæ.Igitur tibi dicitur G
Gen.19. Ne ſtes in omni loco circa regionem,ſed in monte ſ
Exod.25 uum te fac. Exodi. Fac ſecundum exemplar quod
1.Mac.6. monte tibi monſtratum eſt.Nota quòd licet iſte mo
Pſal.124 ſit excelſus,ad illum tamen non poſſumus niſi per
las humilitatis aſcendere.1.Mac.Per loca humilia i
cautè, & ordinatè &c.Qui confidunt in domino ſi
mons Sion.Pſal.Montes in circuitu &c. Admiraba
propheta, quia nullus hunc montem aſcendebat,
conquerebatur dicens Pſal.23. Quis aſcendet in m
tem Domini? Sed ecce Chriſtus ducens aliquos ad
ſum montem,dum uoluit virginem,ſuos ſeruos hab
re,ut uitæ altitudine,eſſent in Eccleſia fratres Dei
ræ uirgini ſeruientes,huiuſce ordinis primus fuit g
rioſiſſimus Ghierardus martyr, Epiſcopus Moriſe
Quem æmulatus Beatus Philippus Florentinus,qui
plurimos duxit ad Virginem dicens, iuxta illud Iſa.
Venite aſcendamus ad montem domini,hoc eſt,ad R
ligionem Virgini dicatam,vbi ſpeciali priuilegio Be
ta uirgo adeſt,ad protegendum eſt iuuandum. Mo
igitur præparatus,uideat unuſquiſque quomodo a
dat.Sex gradibus aſcenditur ad Beatam Virginem,q
ſunt ſex uirtutes, quæ breuiter notantur Luc.1. Du
in cogitatione,& affectione quatuor in Sermone.1.
uerecundia,quia uirgo turbata eſt,in ſermone ange

2.Pru-



2.Prudentia, quia cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio.
3.Modeſtia Sermonis. Quia dixit.Quomodo fiet iſtud,
Propoſitum uirginitatis, Quia uirum nõ cognoſco.
Obedientiam promittendo. Ecce ancilla Domini
Magnitudo.Fiat mihi ſecundum uerbum tuum. Hi
ſunt gradus aſcendendi ad mõtem Syon. Supra quem
eſt ciuitas,qui non poteſt abſcondi, & in qua conuer-
ſantes in arduis,& principalibus uirtutibus, & ſunt re
ligioſi lætantur, & gaudent in opulentia magna iuxta
illud ſicut lætantium omnium,habitatio eſt in te.Ideo
dicunt cum petro.[*Domine bonum eſt nos hic eſſe.*] Nota
quod amor uerus facit omnia communia, Chriſtus
ſumma amicitia nos dilexit quemadmodũ igitur om
nia bona ſua,nobis communicauit ita matrem ſuam,
matrem nobis elegit, & ſicut pater oſtendit nobis
ſuum dicens.[*Hic eſt filius meus dilectus,in quo mihi bene*
*complacui.*] Ita filius oſtendit nobis matrem dicens cui-
libet.Ecce mater tua.Hinc dicebat Dauid Pſa.46. Ele
it nobis hereditatem ſuam,& alibi Hæreditate poſſi
deamus ſanctuarium Dei,quia ſecundum Iſaiam 54.
hæc eſt hæreditas ſeruorum Dei. Ergo tranſmigra in
montem ſicut paſſer. Pſ.10. Et propter hanc in al
tum regredere Pſal.7. Saluum te fac in hoc
monte cum Loth.Gen.13. gaude cum
te de numero ſeruorum uirgi-
nis uideris effectum, &
quod Chriſtus indu-
xerit te in montẽ
ſanctifica-
tionis
ſuę, montem quem acquiſiuit
dextera eius. Rogemus er-
go Dominum,
&c.

# DOMINICA II. QVADRAGEſimæ, De Transfiguratione Domini, & de Sermone exceſſus eius, quem erat complaturus in Hieruſalem.

## Sermo Primus.

ASſumpſit Ieſus Petrum, & Ioannem &c.] Matt. Bernar. Vita contemplatiua uitæ actiuæ p ponitur dignitate, ac perfectione, e conu tamen actiua ordine debet præferri, dicen Greg. ſuper Ezech. Homil. 3. Sine contemplatiua ui intrare poſſunt ad cœleſtem patriam, qui cum poſſu operari non negligunt, ſine actiua intrare non poſſun propter quod dicit Iſidorus lib. 3. de ſummo bono. Qui prius in actiua uita proficit, bene ad contempla tionem aſcendit. Merito ergo in iſta extollitur qui illa utilis reperitur. Sic igitur ex actiua ad contempla
Nu. 22. tiuam peruenitur. Numeri. Orietur ſtella ex Iacob, luctu contemplatio. Sic Iacob poſt luctum uocatus Iſrael & non ante, ſicut licet Eſau eſſet prior qui pilo ſus & aſper erat: Iacob tamen leuis obtinuit benedi ctionem. Igitur uita contemplatiua actiuam concom tatur, propterea bene in præcedenti dominica præm ſum fuit euangelium pugnæ, & nũc euangelium ſeq tur uiſionis, in quo datur forma per quam acquiritur quia aſſumpſit Ieſus &c. Acquiritur enim non alit niſi Deo aſſumente, & non facta propria ſubleuatio ne. In quo euãgelio quæritur quidnam uideatur, qui Chriſti clarificatio, [*Reſplenduit facies.*] Quid confert tur, cadit homo, & ſurgit: [*Neminem uiderunt niſi &c.*] Propter



Propter quid teneatur, quia per certam uiſionem, [*ni ſionem quam uidiſtis.*] Idcirco ipſa eſt in principio inuo canda, quia ipſa habet illuſtrare cogitationes. [*Reſplen duit.*] Inflammare affectiones, [*Sicut ſol*] Venuſtare cõ uerſationes: [*Facies eius.*] Diuina cognitio nihil eſt aliud quam directio animarum, quia igitur ita eſt, id circo poteris quis Deum tanto limpidius contemplari quanto magis ad ſuperiora erectus, & a terrenis fue rit elongatus. Quia autem hoc ſit uerum, docet nos primo exemplum naturale. Sicut enim ſapientes mun di quando uolebant perſcrutari diſpoſitionem cœle ſtium, motus aſtrorum, ac etiam planetarum, mon tes aſcendebant altiſſimos, ex quibus tam clarius, quàm latius aſpiciebant cœleſtia. Clarius quidem quia illis aſpicientibus, nec aſcendebant nebulæ, nec uenti. Latius uero, quia terra eos non impediebat quin poſſent uidere liberè circumquaque. Sic certe qui uult cœleſtia mentaliter inſpicere, debet montem contemplationis aſcendere, ad quem nebulæ phantaſ matum aſcendere nequeunt, nec uenti tentationum, nec etiam turbines humanæ ſollicitudinis, quæ men tes habent inuoluere, non etiam terrena affectio ſe op ponit quæ ſolet aſpectus latitudinem impedire. Se cundo ad hoc idem eſt Saluatoris doctrina in Euan gelio hodierno, ubi Chriſtus uolens ſuis diſcipulis cla ritatem ſuæ maieſtatis oſtendere, eos in montem excelſum duxit, qui mentis extaſim præfigurat. Po nuntur autem in Euangelio hodierno quattuor, ui delicet Miranda ſiue ſtupenda transfiguratio, cum grata ſocietate, [*Aſſumpſit Ieſus &c.*] Sancta ſiue de uota ſupplicatio ex pura ſimplicitate: [*Faciamus hic tria tabernacula.*] Diuinitatis atteſtatio cœleſti au ctoritate: Paterna uox audita eſt. Indicta occulta tio ex tanta ſagacitate: [*Viſionem quam uidiſtis, nemi ni &c.*]

Quantum ad primum ponitur modus, & præmit tit

tit euangeliſta tempus quia ſexta die tranſacta a p-
miſſione facta diſcipulis. Sunt quidam de hic ſta
bus &c. Tranſacta ſexta die hæc eſt dies ſeptima, ſi
diem qua promiſit computaueris, octaua. Vnde L
Factum eſt autem poſt hæc uerba fere dies octo,
aſſumpſit &c. Chriſtus tres diſcipulos ſuos, ſcilicet
gis familiares aſſumpſit, quos ducit &c. Cauſa q
re tres tantum, quia ſufficiunt ad confirmationem
ſtimonij. Item ad myſterium deſignandum, quia
tribus filiis Noe ex tribus mundi partibus erant
uiſionem diuinæ claritatis uocandi, & hanc ration
aſſignat Hilarius, uel ut ait Rabanus ad deſignand
quòd tantum in fide credentes erant aſſumendi
non alii. Quare aũt iſti determinate, reſpondetur
ob maiorem familiaritatem cum Chriſto, ſpecia
ter uero ad deſignandum quòd nõ niſi per ſoliditat
fidei quæ in Petro, longanimitatem ſpei quæ erat
Iacob, & feruorem charitatis quæ erat in Ioanne
ad diuinam uiſionem perueniri poteſt. Eduxit illo
in montem excelſum Tabor ſeorſum a mundi
multu. Gloſ. In montem, ut addiſcant gloriam non
profundo huius ſeculi, ſed in regno ſupernæ beati
dinis eſſe quærendam.

Quantum ad ſecundum ponitur cœtus congre
tus ad iſtud ſpectaculum. Quæri autem ſolet, q
uocati ſint ad hoc conſilium, in quo actum eſt qu
de Chriſti morte & poſt paſſionem deberet fieri,
quod ſtatuendum tempus. Circa hæc aliqua ſunt e
preſſa & per conſequens certa. Alia uero non, tam
ſatis pie credi poſſunt. Expreſſum autem eſt primo
quòd ad hoc conſilium conuenerunt Moyſes & He
lias. Item quòd ibi fuit uox patris. Item quòd ha
buerunt ſermonem de paſſione Chriſti. Sic enim di
cit Lucas. De exceſſu eius quem completurus er
in Hieruſalem. Exceſſum uocat ratione profund
humilitatis, ratione acerbæ pœnalitatis. O uos om
nes



nes &c. Ratione ſtupendæ charitatis & benignitatis.
Item hoc uidetur certum ex teſtimonio Origene, ſu
per Lucam, quòd Moyſes pro ſalute populi allega-
bat, ſimiliter & Helias. Dubia autẽ ſiue incerta ſunt
duo quorum primum eſt, utrum angelus ibi præſens
fuit quantum ad determinationem. Secundum eſt
utrum loquentes de Chriſti paſſione & pœna eius
exceſſiua, pro hac proferenda allegarent & ſupplica-
rent, an non. Quantum ad primum rationabiliter &
pie creditur quòd tanta determinatio in qua de re-
cuperatione angelica tractabatur, ſine ipſius angeli
præſentiam facta non fuerit, maxime cum de omni
parte ad eam aliqui conueniſſent & cum daret locu-
tum quòd dicit Hieronymus non malignis Iudæis,
ſed benignis diſcipulis ſignum de cælo & de inferno
&c. Et ſi dicas, quis angelus ibi fuerit pro tota cæle-
ſti curia? Reſpondeo & dico quòd hoc eſt notum illi
qui hoc conſilium aggregauit, pie tamen poſſu-
mus credere quòd ille idem angelus fuit qui Chri-
ſtum tempore paſſionis in agonia poſitum confor-
tauit. Quantum ad ſecundum dicunt aliqui quòd om
nes hi Chriſtum Dei filium paſſurum determinabãt
& poſtulabant a patre, ego autem puto quòd omnes
contrarium allegabant, & ſolus Chriſtus erat qui ſe
ipſum elucidabat paſſurum. Videamus igitur breuiter
allegationes ipſorum. Pater igitur ſic loquebatur.
Fili mi ſi debes iudicium crudele accipere oportet
quòd in alia curia condemneris, ſed oẽs breuiter hor
rent audire. Habeo enim tres curias, uidelicet cu-
riam miſericordiæ, curiam inflexibilis, & inobliqua-
bilis iuſtitiæ, & curiam legis ſcriptæ, nulla iſtarum
patitur te ſic impie condemnari. Primo ſiquidem
miſericordia non, quia non uult in crudelitatem
tranſmutari, quæ enim compatitur ſceleratis, quomo
do innocentem tradet condemnandum uel crucian-
dum? Miſericordia igitur hoc faciendo perderet ſuam
digni-

dignitatem.Iuſtitia etiam minime hoc ipſum pa
tur,nullatenus enim uult obliquari,cum ex recti
ne uocetur iuſtitia.Inſuper ipſa neſcit malum pro
no rependere,nec iuſtis impendere ſupplicia rep
rum,quomodo igitur te iuſtum iuſtitia conde
bit?Sed nec tertio lex ſcripta illud ullatenus ſubſi
ret.Accepit enim regulam nullatenus infrigenda
uidelicet quòd filius non portabit iniquitatem
tris,ſed anima quæ peccauerit ipſa morietur,ſed
cum ſit portio patris,iniquitatem ipſius ferre no
bet,multo minus nec iniquitatem hoſtis ac publi
mici,humanum autem genus tibi inimicum fac
a principio,quando tuam uoluit ſurripere digni
ſimilitudinem,ſcilicet meam,quam tibi impreſſ
quæ tibi appropriatur,ſimilitudinem noſtri app
do,igitur nullatenus debes pati.Ad hoc reſponde
lius quòd miſericordia illud poſtulat,ut quæ exp
tur pro miſeria miſeri cor dans, cor autem eſt
principium in quo ſi miſericordia non ſit, perit.
uult iuſtitia, quia propter me orta eſt hæc temp
Ionæ. Ideo mitte me in mare paſſionis,portando
cata &c. Item lex debet ſeruari, quia non remitt
peccatum niſi &c.Humanum genus eſt obligatum
bi,nec habet unde poſſit ſatisfacere,& quia accipi
do carnem accepi ſuper me debitum totius generi
mani &c. Angelus uero ſic allegabat triplici ratio
Mi domine indebitum eſt te ſuſtinere,tu enim inq
tum Dei filius uita es,ergo humana natura huic
indiſſolubiliter copulata ſuſtinere non debet m
tem. Ad hoc reſpondet Chriſtus, quòd quia di
nitas uita erat & in ſe mori non poterat,idcirco o
tet ut in natura aſſumpta pateretur,& ob hanc c
ſam mihi inquit humanam naturã uniui,ut in ea q
per ſe mori non poterat diuinitas quodammodo m
reretur. Secundo argumentabatur angelus ſic. I
iuſtum eſt & indebitum uidetur, quòd illa d

beant



ant abinuicem ſeparari inter quæ nunquam eſt di-
ſcordia,ſed omnimoda trãquillitas fuit.Nunc autẽ in
r animam tuam & ſenſualitatem ſiue carnẽ ſemper
t concordia, pax omnimoda & rebellio nulla,ideo
n debet fieri per mortem tam duram ſeiunctio.Ad
c reſpõdit Chriſtus,ꝙ quia ſic,ideſt ſine rebellione
ratuita,idcirco eſt adunitatem indiſſolubilem redu
da,quod utiquemediãte paſſione fiet.Tertio ſic ait
gelus.Indignum eſt & incongruum tibi qui es potẽ
infinitæ quòd deformi opere(ſi tamẽ opus dici po
t) reprobi inimici tanquam cauſa uel inſtrumento
ris ad tua excellentiſſima opera implenda,mors au
effectus eſt diaboli, igitur non debes ea uti ad repa
ionem humani generis deſtituti,immo nec etiam
reparationem angelorum qui mortem neſcis. Ad
c reſpondit quod in hoc facto commendat ſuam-
e declarat potentiam, prudentiam, & induſtriam
am, ut quæ proprio mucrone hoſtem perimit,&
nfractione facta facit ſanum, & ſanum prius fran
ndo conſolidat. Nonne magnum eſt de fine uitæ
ere initium, & de uitæ priuatione facere uitæ
ſam? &c.Moyſes & Helias arguebant, tum quod
c ipſum implebat intentum humani generis ho-
, nam inuidia diaboli mors introiuit in orbem
rum, tum quod ſi Chriſtus tollebat pecca-
m debebat auferre ſequelam quæ eſt mors, ipſe au
m peccatum non aſſumpſerat,igitur nec peccati ſe-
ela ipſi debebatur. Ad hoc reſpondit quod in hoc
n implebatur hoſtis intẽtio dum per mortem mors
ã intulerat tollebatur. Intendebat enim diabolus
ortẽ perennẽ inducere,per quã uita ꝑpetua priuaba
t.Hãc mortẽ Chriſtus ſua debebat deſtruere & ex-
udere.Ad ſecundũ reſpõdit ꝙ idcirco ſequelã pc̃ti aſ
mpſerat,ut oĩbus fieret cauſa uitæ.Factis aũt ꝓmiſ-
& argumẽtationib⁹,& a Chriſto datis reſpõſionib⁹
ixit pater hoc quod recitat euangelium, [*Hic eſt filius*

*meus*

*meus &c.*]quaſi dicat,conſiderate & intelligite qu
dilectionem habeat ad humanum genus,qui non
ſtante filiali dilectione,& non obſtante a me facta
biectione ſeipſum pro humano genere redimendo
beraliter ſic exponit.Et tunc facta conſilij definitio
clamore paterno ceciderunt diſcipuli,& euanuer
Moyſes & Helias. Petrus autem dicit,[*Domine bo*
*eſt nos hic eſſe:*]non deſcendamus ad illos q̃ te uolu
cidere,ſed[*faciamus hic tria tabernacula &c* ] N
ad dictum Petri noluit reſpondere,quia Petrus neſ
bat quid diceret,ſed ipſi reſpondet Auguſtinus.
de o Petre quam profunde locutus es,nã Deo tria
tabernacula facienda,unum in memoria,& hic eſt
bernaculum legis Moyſes,aliud in intelligentia,& h
eſt Helias propheta,tertium per uoluntatẽ & amo
Et hic eſt triplex tabernaculum,ut ſibi pręparet to
animã per deſideriũ,totã mentẽ ꝑ deuotionẽ,tot
cor per amorem.Nota quòd tria tabernacula Petr
gurantur Deuteronom.ubi ſententialiter ſic dicit
*Deut.19* Tres ciuitates ſeparabis tibi in medio terræ qu
dominus Deꝰ tuꝰ dabit tibi in poſſeſſionẽ,ſternẽs
genter uiam,& in tres æqualiter partes totã terrę
prouinciã diuides,ut habeat e uicino qui prop
homicidium profugus eſt,quo poſſit euadere. H
erit lex homicidæ fugientis cuius uita ſeruanda e
Qui percuſſerit proximum ſuũ neſciens,& qui heri
nudiuſtertius nullum contra eũ odiũ habuiſſe cõ
beatur,ſed abiſſe cũ eo ſimpliciter in ſyluã ad lig
cedenda,& in ſucciſione lignorum ſecuris fugerit
num,ferrumque lapſum de manubrio amicũ eius
cuſſerit & occiderit,hic ad unã prædictarum urbi
fugere poſſit & euadere,ne ſi longior eſſet uia,pr
mus eius cuius effuſus eſt ſanguis,dolore ſtimu
tus fugientem perſequens interficiat,ſicque mori
ubi locum ſerioſum prouidet cõſtruendum,quia
*Pſa.50.* ciuitates.Pſal.Quis deducet me in ciuitatem mu
tam?



tam?quis deducet uſque in idumæam.i.ruſam,hoc eſt
inflammatam diuina dilectione.Hæ ſunt in medio.i.
in corde ſiue in mente,memoria ad recognoſcendum
intelligentia ad præcauendum,& uoluntas ad diligen
dum,& ad ea quę Deo contraria deteſtandũ.Via pla
na non ſcrupuloſa.Hic uide actum uirtuoſum conſe
quenter aſſumendum,uel exercendum,quia debemus
cum proximo.i.cum ſpiritu ire in ſyluam,id eſt in cor
proprium ubi ligna multa naſcuntur.Similiter in ſen
ſualitatem.Ioſue. Aſcende in ſyluam & ſuccide tibi *Ioſu.17.*
ſpatia in terra Pherezei, id eſt tentationis,quia ten-
tatio a Deo ſeparat.Vide lapſum criminoſum diligen
ter præcauendum,ne,ſcilicet ferrum effugiat de ma-
nubrio, id eſt ne rigor ſuccedentis pœnitentiæ effu-
giat ab opere,& ſic perimat proximum.i.ſpiritũ,quia *4.Reg.6*
tepor operis ſpiritũ perimit & extinguit,illud qđ ceci
dit de manu unius filij prophetarũ.4.Re.Vide curſum
fructuoſum diligẽter aſſumendũ,quia ſtatim debet ad
unam ciuitatum prædictarum confugere.Pſal.Quis
deducet me in ciuitatem &c.Via breuis,quia non de
bet eſſe dilatio pœnitentię,ne proximus occiſi,ſ.Deus
dolore ſtimulatus percutientẽ perſequẽs interficiat eũ.
Sed quare neſciebat quid diceret,uel quare dicit,
uis,cum tamen ſit certum quòd uult?Reſpondeo
quia uerum dicebat & myſterium non capiebat.
Caiphas cum prophetabat,& tamen neſciebat qđ
diceret.Vel quia tabernaculum eſt manſio tranſmu
tabilis firmam autem Deo habitationem facere(deo
autem competit æterna)non ſufficiunt ſupra dicta,ni
ſi aſſit quartũ,ſcilicet obedientia in ſenſibus,& iſte ẽ
ſumme obediens,uel niſi ſit ibi gratia figurata in Ioã
ne fides,in Petro,ſpes,in Iacobo,& longanimitas,in
Petro non ſit temporalis ſucceſſio quia non fuerant
ſecuto opera ſubſecuta.Nam ter dominum negauit,&
ita tria tabernacula conſtructa ſubuertit.Quantum ad
tranſfigurationem nota quòd ſplendor diuinitatis re
dundabat

dundabat in animam,& ideo clarebat lumine gra
ſplendor uero gratię redundabat in corpus,& ideo
rebat ſplendore corporali,qui eſt beatificus,ſicut ſ
dor candelæ lampadis redundat in lampadem uitr
ſplendor uero corporis redundabat in ueſtimenta
ciebat ea candida. Nota quòd hic ſplendor eſt om
no alterius rationis a ſplendore ſolis,quia ille exca
hic ſcilicet Chriſti confortat. Nota quòd hæc tra
guratio quo Chriſtus oſtēdit, ſignat dotes corpor
animæ quantū ad lucē & quantū ad candorē ſeu
Nam lux habet agilitatē ſubtilitatē,impaſſibilita
præclaritatem.Hæc quattuor dotes ſunt corpori
Item habet ſplēdorem quo ad uiſionem,caloremq
ad fruitionem,uigorem quo ad tētationem,& hæ
*Mal.2.* animę. Moraliter dicit nobis.Hic eſt filius meus d
ctus i pſum audite. Igitur audiamus quid dicit nobi
Exodi. Fac ſecundum exemplar quod tibi in mo
*Gen. 8.* monſtratum eſt.Quid dicit euang. Chriſtus autē p
ſex dies transfiguratur,ut tu ſimiliter transfigurar
iuxta illud.2.ad Corin. Nos autem reuelata f
gloria domini ſpeculantes in eandem imaginem t
formamur Vbi aduertendum ſecundum beatu
Gregorium ,quòd ſecundum quòd diuerſimod
transfiguras,ſecūdum hoc Deus tibi diuerſimode t
formatur , ſi es innocens, transformat ſe tibi in a
lum manſuetum,ſi es uerus filius , transformat ſe
in patrem.Ego ero illi in patrem,ſi es ſeruus,ita q
ſolum habes timorem ſeruilem, ipſe dominus t
uirgam & flagellū percuſſionis,ſi es beſtia,ipſe eſt
de quo Amos. Leo rugiet,& quis non timebit
Qualiter igitur eſt iſta transformatio facienda. Re
deo,iſta ſit tribus perſonis pręſentibus,quia homo
formatur quandoque ex beſtia in hominem , &
transformatio fit per pœnitentiam,quæ figuratur
Petrum,quia egreſſus foras,id eſt ,extra peccatum
trus fleuit amare,&c.Quandoque ex puero in ſene
qu



æ fit per iuſtitiā procedendo de uirtute in uirtutē,
bi iunior ſenem nititur ſupplantare, quia renouatus
er gratiā uult moribus ſenex effici.Hic eſt Iac.ſupplā
tor.Vel ecōuerſo ex ſene in puerū.Ad Ephe. Expo- *Ephe.4*
ntes ueterem hominē cum actibus ſuis induite no-
um qui ſecundum Deum creatus eſt.Hic Iacob ſup
lantat Eſau,id eſt ſpiritus corpus,ipſiq́ue benedictio
e ſubripit,ſicut hac die eccleſia ſolennizat. Quando
ex homine angelus efficitur,iſti ſunt q angelice & ī
rginitate uiuūt ſecūdū Hieronymū,q mūdi nuptias
giūt,& religionē intrāt.Iſti ſunt Ioānes.i.prędilecti,
ia diſcipuli.i.humiles qa oīa relinquūt nuptias ſper
ūt. Sed de primis tātūmodo ē dicēdū.Horū aūt trāſfi *Gen. 19.*
ratio fit ī mōte pęnitētiæ.De quo Ge.Ne ſtes in om
loco circa regionē,ſed in mōte ſaluū te fac,pereūte,
ilicet Sodoma.i. mūdo.Hoc fit poſt ſex dies.De illis
iebus plura poſſent dici,ſed cæteris omnibus præter
iſſis accipiamus dies quibus mundus formatus
it,ſcilicet dies prima Die enim prima factū ē chaos
eſt , peccati confuſio.Eccl.36.Confundimini & eru
eſcite.Debet eē induci cōfuſio ſupra cōfeſſionē pec *Eccl.4.*
ati. Eccl.Eſt cōfuſio adducēs peccatum, & eſt cōfuſio
ducens gloriam.Sed hęc confuſio nō pōt eē ſine die
gnitionis.Et ideo prima die creata eſt lux.Sed poſſu
us dicere.Lux in tenebris lucet,& tamen tenebrę eā
on &c.Iob 24.Fuerūt rebelles lumini,neſcierūt uias
ius,nec reuerſi ſunt per ſemitas eius.Vnde ipſe conſe
uenter.3.ca.Quare igitur miſero data eſt lux?& vita
is qui in amaritudine ſunt animæ.Secunda die fecit
Deus firmamentum,id eſt propoſitum acquirendi gra
ā & dimittēdi culpā.Hoc diuidit aquas ab aquis &c.
l inter aquas & aquas,ſcilicet deteſtādo pterita & p
onendo futura non committere.Eccl.28. In tēpore
gnitionis inueniet firmamentum,quando.ſ.homo ſe-
ſum recognoſcit.Tertia die cōgregantur aquæ.ſ.pec
atorum in locum unum,dum ad linguā per cōfeſſio

 nem

nem reducuntur, & tunc apparet arida ad fructifi
dum conſcientia noſtra, quæ prius humida fuerit
immunditiam: in qua diabolus habitabat: quia ſub
bra ſedet in ſecreto calami in locis humentibus
ait Iob. Sed nota quod in aridis non inuenie
quiem: quia ibi non poteſt figere pedem ſuum. Qu
bene figuratur Gene.8. in emiſſione columbæ de
ca. Vnde columba ſignans ſpiritum ſanctum non
uenit ubi requieſceret pedes eius propter diluuium
ſed econtrario diabolus requieſcit in locis humenti
Sed notandum quod iſtæ aquæ, ſcilicet peccator
4.Reg.2. reddunt conſcientiam ſterilem: ut dicitur. 4.Reg. E
ce habitatio ciuitatis huius optima eſt, ſicut tu ipſe
mine proſpicis: ſed aquæ peſſimæ ſunt. Vnde no
dum quod ſicut aqua uel maria terram circundant
mare, id eſt peccati amaritudo debet ſemper circu
ſtare cor noſtrum: ſicut patet de Petro poſt negati
nem: qui dicitur continuo fleuiſſe quotiens in reco
tionem uenit pc̃tm̃ quarta die fiunt luminaria diuin
inſpirationum per confeſſionem in cœlo, quod dic
a celando id eſt in conſcientia. Tunc enim oritur
men rectis corde id eſt illis qui recte purificauer
conſcientiam ſuam per confeſſionem. Dan. Qui d
Dan.12. fuerint fulgebunt ſicut ſol ſplendore. Quinta die fi
animalia & aues id eſt orationes quæ ſunt partes
tisfactionis. & piſces id eſt ieiunia & caſtigationes
porales. Iſti fiunt piſces maris id eſt amari gemitu
plorando culpam tranſactam. Sexta die formatur h
mo animal rationale id eſt ſagacitas & cautela pro
dentiæ, ne ſcilicet recidiuet ſuggeſtione diaboli. Ph
rao namq; contemptus ſurgit in ſcandala, & filios iſ
proſequitur fugientes ad terram promiſſionis: &
montem ſacrificij eis a domino conſtitutum. Septi
die fit requies conſcientiæ: in qua ſtat contemptus
nium terrenorum, & in quo fit exceſſus mentis in deu
& tunc Chriſtus eſt tibi transfiguratus & tu ipſi.





hac transfiguratione cadunt diſcipuli, quia contemplationis exceſſum & conſolationem interiorem homo percipere non poteſt niſi cadat totaliter ab affectu terrenorum. Hic eſt mons ubi Chriſtus transfiguratur. Notandum quod ab hoc monte ſterilitas conſcientiæ & penuria deuotionis excluditur: dum, ſcilicet corpus per pœnitentiam maceratur, De hoc figura. 2.Reg. de quinque filiis Saul, qui a Gabaonitis ſunt poſiti in cruce. Gabaonita interpretatur ualis mœſtitię, id eſt humilitas confeſſionis & contritionis. Dauid uultu deſiderabilis liberum eſt arbitrium uel internus ſpiritus: cui debetur regnum: ſiue caro quæ perſequitur ſpiritum. Quinque filii ſunt quinque ſenſus, quos dat humilitati ſpiritus poſtquam regnauerit cruciandos, per pœnitentiam enim iocunditas temporalis perimitur. Gen Vade in terram uiſionis & offeres mihi filiũ tuum quem diligis Iſaac in unum montium &c. Sed nota perimitur in ariete, dum, ſcilicet laſciuia caſtigatur, ſuperbia contunditur & exuitur.

2. pars — 2.Re.21. — Gen. 22.

## EODEM DIE, DE SPIRITUALI tabernaculo conſtruendo.

### Ser. II.

ASſumpſit Ieſus Petrum &c.] Beatus Gregorius lib.28.Moral.ca.2.ubi xponens illud Iob.34. Indica mihi ſi habes intelligentiam quis poſuit menſuras terræ ſi noſti, & quis tetendit ſuper eam lineã, ſic dicit. Super hanc, ſcilicet cordis noſtri terram linea tenditur, quando electæ unicuiq; animæ ad ſumendam uiuendi regulã patrũ præcedentiũ exẽpla mõſtrãtur, ut ex illorũ operibus & uita conſideret quid in actibus ſuis ſeruet. Ex hac igitur auctoritate Gregorij colligitur q̃ actus noſtri, ſunt patrũ præcedentiũ uita, & operibus regulãdi, ſi errare nolumus.

Verum quia,& illi ab alia inobliquabili regula fue-
runt directi,ſcilicet Dei, idcirco ſi quis uellet perfe-
cte in ſuis operibus regulari,primam regulam debe-
Exod.25 ret aſpicere.Hæc autem prima regula Deus eſt &c.
Exodi.Inſpice & fac tibi ſecundum exemplar quod ti-
monte monſtratum eſt.Loquebatur autem de con-
ſtructione tabernaculi ſanctuarii,de quo ibidem pr-
miſerat.Facient mihi filii Iſrael ſanctuarium,& hab-
tabo in medio eorum.Quia igitur Petrus taberna-
lum triplex ibi ædificare uoluit,idcirco dominus ip-
ſi dicit.Inſpice & fac ſecundum exemplar &c.In mo-
te inquam iſto in quo Chriſtus transfiguratus eſt,i-
qua transfiguratione datur tibi forma & regula pr-
ſatum tabernaculum conſtruẽdi.Vnde & Petrus ui-
forma dicit.[*Domine,bonum eſt nos hic eſſe, ſi uis faci-
mus &c.*]Vt igitur memoratum tabernaculum ſci-
facere,nunc datur tibi forma in euangelio cum di-
tur.Aſſumpſit Ieſus &c.In quo quattuor innuuntur
uidelicet Quibus artificiis ipſum conſtruatur, qu-
Aſſumpſit Ieſus.Quibus adminiculis ipſum fulciatu-
quia ibi erant paterna uox,Moyſes,& Helias.Quib-
deſideriis ipſum immergatur,quia uolendo tranſit-
ria cæleſtibus colligare,Faciamus hic &c.Quibus -
bernaculis ipſum conſeruetur, quia deſcendentib-
illis &c.De monte &c.

Quantum ad primum,uidelicet quantum ad ill-
artificia,quæ ad huius tabernaculi conſtructioné -
guntur,tanguntur ab Euangeliſta quattuor. Tang-
tur enim.

Tempus quod obſeruatur,quia[*poſt dies octo.*

Cœtus qui conuocatur,quia[*aſſumpſit Pet.Iac.& Io-
nem.*]

Locus qui deſignatur,quia,[*in montem excelſum ſe-
ſum.*]

Cultus qui renouatur, quia [*transfiguratus eſt a-
eos.*]

De



De hac transfiguratione Apoca.Vidi alium angelum
fortem,deſcendentem de cęlo,amictum nube, & iris
in capite eius &c.In angelo notatur plenitudo mun-
ditiæ,in alio,ſcilicet a malis quos ante uiderat Ioan-
nes,iuſtitiæ fortitudo,ualetudo potentiæ,in deſcen-
ſu magnitudo clementiæ. Hic deſcenſus ſecundum
Auguſt.10.de ci.ca.5.non eſt aliud quam noua ope-
ratio in terrenis,quia operatione ſeipſum manifeſtat.
Et ſi dicatur quòd euangeliſta non dicit eum hic de-
ſcendiſſe,ſed diſcipulos montem cum eo aſcendiſſe.
Reſponſio,eadem eſt uia qua aſcenditur & deſcendi-
tur,immo idem eſt aſcẽſus & deſcenſus. Operans igi-
tur aliquid Saluator in ſe deſcendere dicitur.ſ.in illis
quibus reuelat,hic dicitur aſcendere,quia per talem
aſcenſum ipſi aſcendũt in deũ.Exemplũ de eius aſſum
pta humanitate in qua ipſius deſcenſus fuit noſter
aſcenſus.Amictũ nube,ideſt ueſtitum carne mundiſſi
ma,quia nubes dicuntur,quia uelant corporis clari-
tatem ſicut ſol ſplendorem. Ezech. Solem nube te-
gam.Et iris in capite eius,i. uidi eum coronatum do- Ezec.32
tibus quattuor corporis in quattuor coloribus Iri-
dis figuratis.Sunt enim in Iride quattuor colores cor-
reſpondentes quattuor elementis &c.& figurant quat-
tuor dotes.Homo enim compoſitus eſt ex quattuor
elementis,ex quolibet trahet unam dotem,quando,
ſcilicet trahentur elementa ad optimam proportio-
nem.Nã nunc ignis offuſcatur ex aliorum permixtio-
ne,ſed tunc conuertetur in claritatem.Aer prægraua-
tur graui infectus admixtione,ſed tũc conuertetur in
agilitaté,aqua inſpiſſat ex turbulẽta admixtione ſed
tũc cõuertetur in ſubtilitaté.Terra et tũc multis ſciſ-
ſuris expoſita ꝑmutabitur i impaſſibilitaté.Per Iridé
igitur in qua ſunt quattuor colores,quattuor elemen-
tis correſpondẽtes,decor dotiũ intelligitur.[*Aſſumpſit
Ieſus Petrum & Iacobum.*]Hic Iacobus fuit frater Ioã-
nis.Cõtra.Auguſtinus ſuper epiſtolã ad Galat.1.dicit

I 3 hunc

hunc fuiſſe Iacobum epiſcopum Hieroſolymitanu
cui concordat Ambro.ſuper Luc.li 9.dicens hunc p
mo accepiſſe inter Apoſtolos ſolium ſacerdotale. R
ſpondeo quòd Auguſtinus loquitur ſecundum opi
nem aliorum,uel quòd loquitur de ſolio ſacerdotij
ni,quia primus inter Apoſtolus occiſus eſt ab Herod
Ducit iſtos in montem Tabor,qui per quattuor
liaria diſtat a Nazareth.[*Et transfiguratus eſt ante eos*
hoc notatur humilitas quia,ab angelo alio, ſed an
lus Satanæ per ſuperbiam transfigurabatur in ang
lucis.2.Corinth.11. Nota,iuſtus non debet ſe tra
gurare,ſed transfigurari.Item plus debet lucere fa
id eſt mens & conſcientia quàm ueſtimenta,id eſt c
uerſatio,ut ſit plus intus,& mens appareat minus.
plum Matt.23.Væh uobis qui ſimiles eſtis ſepulcri
albatis,quæ aforis apparent hominibus precioſa,
tus autem plena ſunt oſſibus mortuorum,& omni
citia[*Tria tabernacula,*]neſciens quod diceret Tum
quos Deus coniugebat uolebat ſeparare , tũ quia
beatitudinis diſpoſitio,noluit conſummationem g
riæ accipere,tum quia ante uoluit beatificari quã
deret meritum,tum quia ſeruos parificabat domin
quia regnum electorum noluit in terra conſtituere
quia in gloria tabernacula futura credidit , tum
utilitatem proximorum neglıgebat.Vnde Auguſti
Quid dicis ſancte Petre ? mundus perit , & tu
quæris.Vides tot gentes conueniſſe in unum,et tu
tum diligis.Vide tenebras mundi,& tu lumen ab
dis.Nemo accendit lucernam & ponit eam ſub mo
&c. [*Facies ſua reſplendit ſicut ſol.*] Immo plus
Gloſſa,ſed non habuit aliud exemplum.Eccl.19.Ab
curſu faciei ſuæ cognoſcitur ſenſatus. Dei.ſ. ſapie
*Dan.*10. Chriſtus.De hoc figura Dan. In diebus illis(
de noctibus,quia in lumine iuſtorum nihil erit no
Prouerb.4.Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens pr
dit & creſcit uſque ad perfectum die)ego Dan lug
Matth.5



Matth.5.Beati qui lugent &c.Quis actualiter infirmus
certus de morte ,conſcius de crimine,incertus de ue-
nia dubius de ſententia,ridere debeat niſi phreneticus
Et ideo Eccl.7.Cor ſapiens ubi triſtitia eſt. Cor ſtultũ
ubi lætitia eſt.Trium hebdomadarum dies Septẽ enim
ſunt uitia capitalia quibus homines peccant cõtra na
turam,contra rationem,& contra conſcientiam.Vnde
4.Reg.4.Lauare ſepties in Iordane,& mundabitur ca-
ro tua. Iordanis fluuius iudicantis & pœnitentis,1.
Corint.11.Qui ſi noſmetipſos dijudicaremus,non uti
que diiudicaremur. Panem deſiderabilem non come
di,id eſt panem mendacij,in quem lapides, id eſt ri-
gorem pœnitentiæ fraudulentus hoſtis dominum con-
uertere ſuadebat ſicut eſt habitum in præcedenti do-
minica.Et caro(Gloſſa Grego.id eſt culpa,iuxta illud
ad Rom.8. Si ſecundum carnem uixeritis,mori emi
ni.Et 1.ad Corin.15.Caro & ſanguis regnum Dei nõ
poſſidebunt.)& uinum(id eſt inepta & mundana læti
tia quæ facit animam ebriam,& mœchari cum mũdo
uel cum hoſte.Ad Eph.5.Nolite inebriari uino in quo
eſt luxuria.Et Prouerb.22.Ne intuearis uinum quan
do flaueſcit,cum ſplenduerit in uitro color eius,ingre
ditur blande nouiſſime mordebit ut coluber ) non in
troierunt in os meum(ideſt in cordis appetitum, iux *Pſal.*36
ta beatum Gregorium.Pſal.Os iuſti meditabitur ſa-
pientiam.)donec complerentur dies trium hebdoma
darum,ideſt plena ſatisfactio culpę,uel ſeptenarius re
feratur ad totam uitam,ternarius ad fidem . Die autẽ
uiceſimaquarta(quia impleto decalogo præceptorum
& gemina charitate,& doctrina quattuor euangelio
rum)eram iuxta fluuium magnum qui eſt tigris(ideſt
iuxta fluenta gratiarum quæ ad mortem tigri, fluunt
cum impetu.Pſal.Fluminis impetus &c.Tanta eſt e-
nim gratiarum copia apud fontem uitæ increatæ ꝙ *Pſal.*46
exuberãt affluenter,& cum impetu maximo, ſe diffun
dunt.Vnde Dan.7.Fluuius ingens rapidusque egredie
I 4 batur

batur a facie eius rapidus ſi bene pertingat ad ho
nem,imino homo ſi impetum eius non fugiat per
ſum rapitur a terrenis,ſicut Paulus quem rapuit u
ad tertium cœlum )& leuaui oculos &c. Eſdr.40. Le
oculos tuos in circuitu,& uide ) & uidi , & ecce uir(
Reg.26. Nunquid non uir es tu ? & quis alter ſimi
tui in Iſrael ? )unus &c.( Virum dicit ex milibus u
inueni. Vnde Eccl.9 Vnus eſt,& ſecundum non habe
ueſtitus lineis ( carne mũdiſſima ſtola claritatis,&
rificationis aſſumptæ,ad quam tamen ad modum
multis tunſionibus,& percuſſuris peruenit Apo.3.Q
uicerit ſic ueſtietur ueſtimentis albis ) & renes eius
cinti auro obrizo( id eſt erat in prima puritate con
ſtens,ideſt in charitate ad propagandos filios ſpiritu
les. Apoca.1. Accinctus corona aurea ad mamillas,
in pectore,amor charitate circũtectus,in mamillis
cor pietatis lactans paruulos )& facies eius uelut ſp
cies fulguris,quia reſplenduit facies eius ſicut ſol.[
*ſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix.*]Marc.9.di
tur. Qualia fullo non poteſt facere ſuper terram,&
ne utrunque commemorat ſcriptura. In niue na
operatur candorem,in ueſtimentis fullo . Veſtime
autem ſunt fideles. Eſdr.5. Omnibus his uelut orn
mento ueſtierit,ſicut apoſtolus. Quicunque baptiz
eſtis Chriſtum induiſtis. Allegorice loquendo, den
tur hic in niue candor innocentiæ . In fullone uero
dor pœnitentiæ. Vtrunque candorem habuit , ſed
dicitur.[*Veſtimenta eius ſicut nix* ] quia ibi erat cand
innocentiæ naturalis,& puritatis in fide , uidetur
tem qualia fullo non poteſt facere, quia nullius uir
nullius doctrina,nullius pœnitentia,ad illum niue
candorem peruenire potuit &c.

EODEM



# EODEM DIE,DE VASE SPIRI tuali,in honore ſanctificando ſuper Epoſtola.

## Ser,III.

S*Ciat unuſquiſque ueſtrum ſuum uas poſſidere in ſanctificatione & honore.2.Theſſa.4.*]Secundũ ꝙ ait Salomon Prou.22. Qui,diligit cordis munditiã habebit amicum regẽ, propter gratiã labiorũ ſuorũ. Vocat autem labia opa quecunq;,quibus hõ uel anima loquitur ipſi Deo. Tũc aũt ſunt grata regi noſtro quando a mũdo corde ꝓcedũt. Ratio aũt eſt quare ſic ideo placent,quia ſi omni homini mundũ miniſteriũ ſit acceptũ illi tñ ſingulariter eſt gratũ,ꝙ nihil ẽ aliud ꝗ pura munditia. Ideo dicit ſancti.i.ſine terra & mundi affectione eſtote,qm̃ ego ſanctus ſum. Conſiderans igitur Paulus diuinus Apoſtolus tale miniſteriũ dño fore gratũ, ad huius munditiæ ſanctificationẽ in qua ſumus uocati ſollicite nos hortatur, dicẽs [*Sciat &c.*] In quibus uerbis ad tria nos inducit,uidelicet

Ad limpidam conſpectionem.
Ad prouidam gubernationem,
Ad nitidam expiationem.

*Sciat unuſquiſque* ]
*Suum uas poſſidere.*]
*In ſanct.& honore &c.*]

[*Sciat unuſquiſque &c.* ] Vbi eſt aduertendum quod uas dicitur omne illud quod poteſt eſſe alterius contentiuum. Vnde & philoſophus uocat locum uas immobile. Quia igitur corpus eſt precioſi theſauri , ſcilicet animæ contentiuum,item cor cogitationum, item anima gratiæ , item ſenſus propriatum operationum,quodlibet horum uas poterit appellari. Ad omnium igitur horum ſeruandam munditiam Apo-

ſtolus

ſtolus nos inuitat dicens . [ *Sciat unuſquiſque &c.* ]
hoc autem faciendum multa debent nos inducere
*Leuiti.6.* mo propter dominicum præceptum , de quo præc
fit figura.Leuiti.vbi dicitur.Hæc eſt lex hoſtiæ pro
cato quæ immolabitur coram domino in ſancto ſa
ctorum,& ſacerdotes qui offerent eam , comedent
in loco ſancto,in atrio tabernaculi . Vas autem fi
in quo cocta fuerit hoſtia confringetur,uas autē æ
defricabitur,& lauabitur aqua . Moraliter hoſtia p
peccato eſt pœnitentia quæ fit in remiſſionem pec
torum,hæc debet immolari coram domino , quia
quiritur recta intentio,& non coram mundo.Mat
6.Attendite ne iuſtitiam ueſtram faciatis coram h
minibus,ut uideamini ab eis &c. Item in ſancto ſ
ctorum,ideſt in munditia.Sacerdos eſt affectus qui
bet commoueri,ideſt delectari,& nutriri in huiuſm
di conſcientiæ munditia,non in agro huius mundi
corporis proprij,ſed in atrio tabernaculi,ideſt in c
bitatione ſenſuum per quos ad ſancta quis ingre
tur . Vas fictile eſt corpus in quo theſaurus conſer
tur 2.Corin.4.Habemus theſaurum iſtum in uaſi
ctilibus &c.& bene in uaſis fictilibus,quia de terra
non ſolum corruptibilia ſiue fragilia ad corrupti
ſiue ad mortem,uerum etiam ad peccatum.Vas æ
anima in qua theſaurus gratiæ continetur , qui
firmior , & ſolidior . Nota uitrum non corrump
ſed frangitur , ſed homo bene corrumpitur . I
lucida ſi terſa igni decoquitur · Hoſtia eſt ardor
loris in quo agitur pœnitentia , uel feruor deuo
nis. Debet igitur uas fictile confringi , ideſt m
rari , & atteri , & tunc uas æneum defricabitur,
ſcilicet ex hoc anima purior redditur a ſcoria pec
*2.Cor.3.* 2.Corinthio.Licet autem is , qui foris corrumpat
tamen is qui intus eſt renouatur de die in diem.
cundo propter diuinam ultionem , de hoc figura
*Dan.5.* niel 5. Balthaſar fecit grande conuiuium optim
bus



bus ſuis , & tumulentus iuſſit afferri uaſa quæ pater
nus tranſtulerat de Hieruſalem , & de templo , & bi-
bit rex in eis , & optimates , & uxores , & concubinę,
& laudabant Deos ſuos &c. Moraliter Balthaſar inter-
pretatur capillus qui habet cordis leuitatem qui agi-
tatur omni uento , & eſt inſenſibilis diuinam inſpira-
tionem non capiens . Item interpretatur abſcondens
diuitias,quibus ſcilicet abutitur gratis ſibi datis . Hic
facit conuiuium , dum , ſcilicet ſeipſum conuertit ad
peccatum,inebriatur uino , ſcilicet delectationis pro-
phanæ.Hoc eſt conuiuium quo filiæ Loth . Gen. ine-
briauerunt eum cum egreſſus de Segor manſit in mon *Gen. 19.*
tem in ſpelunca &c.ita quòd de una ſuſcepit Moab, &
de alia ſuſcepit Amon . Loth interpretatur declinans
& ſignificat hominem rectitudinem iuſtitiæ declinan
tem ſiue,uiam mandatorum,hic exiens de Segor qui
interpretatur paruu,i. de humilitate diuinæ obedien
tiæ,aſcendit in montem ſuperbiæ,& ibi quaſi in ſpe-
lunca latitans id eſt in tenebris peccat & ignorantiæ
de duabus filiabus,ideſt ſuggeſtione diaboli & concu
piſcentia carnis,ex una generat Moab qui interpreta-
tur ſuperbia . Ex alia generat Amon qui interpreta-
tur luxuria turbatus,quia actus eſt fæculentus,de hoc
uino Eccl.31.Multos enim exterminauit uinum . Hic
iubet auferri omnia uaſa,quia omnes ſenſus & cor &
mentem,inebriat optimates id eſt uoluntatem . Item
uxorem,id eſt rationem. Item concubinas,id eſt carnē
uel ſenſualitatem ſectādo,ſcilicet paſſiones. Hæc ſunt
uaſa quæ ad templum Dei pertinent ſecundū apoſto-
lum,quæ pater eius Nabuchodonoſor, ideſt diabolus
abſtulit.Primo quidem de paradiſo & de templo Dei,
quibus nunc iſte abutitur. Nunc autem aufert quoti-
die de templo dei & eccleſiæ militantis per demeri-
tum ut iam ſint uaſa non gratiæ ſed contumeliæ &
peccati.Ezechiel Tuliſti uaſa decoris tui,& de auro *Ezec. 16*
meo in quo feruor charitatis , & de argento meo in
quo

quo ſplendor ueritatis, primum in affectu, ſecu
in aſpectu ſiue in intellectu, quæ dedi tibi, & feci
bi imagines maſculinas, ideſt confidentiam quaſi
ſes de illis fructum concipere, & mentem tuam
fœcundare, & fornicata es in eis, ideſt in his ima
ideſt inſana concupiſcentia adhæſiſti. Hæc igitur
de conſenſu miſeri peccatoris aufert Nabuchodo
ſor de templo, cum tamen dicat Apoſtolus. 1. ad
1. Cor. 3. rinth. Si quis templum uiolauerit, diſperdet illu
minus. Sed audi diuinam ſententiam, & ultio
ſtatim affuerunt tres digiti illi, ſcilicet quibu
40. molem terræ, id eſt, grauedinem peccatorum
pendebat. Tres iſti digiti ſunt, Sapientia in di
nendo: Iuſtitia in determinando, & ſententian
& potentia in puniendo, & flagellando. Iſti tres
giti ſcribebant, ſcilicet propter perpetuam me
moriam. Abachuc. Scribe uiſum, & explana e
Abac. 2. ſuper tabulas, & percurrat qui legerit eum. Et
uerte quòd hæc ſcriptura facta eſt contra candela
ut ſcilicet omnibus eſſet clara. 2. Reg. 12. Tu feciſti
abſcondito, ego autem faciam in oculis ſuis hu
modi. Item facta eſt in ſuperficie parietis, ut recta
ret litera, & poſſet omnibus reuelari, quia nihil
cultum quod non reueletur, dicitur Matth. 10. In
la regia, ut omnes conuenirent ad iudicium, ſic
data eſt ſententia contra eum, & ſtylo ferreo exa
Hierem. 17. Peccatum hominis, ſcilicet qui De
debuit confiteri operibus, ſcriptum eſt ſtylo fer
in ungue adamantino. Scribit autem primus dig
ideſt diuina ſapientia, Mane, ideſt numerauit D
facta tua. Iob. 31. Nonne ipſe conſiderat uias me
& omnes greſſus meos dinumerat? Secundus
cet iuſtitia, ſcribit thetel. ideſt, appenſus es in
tera iudicia Dei ſunt. Tertius, ideſt potentia
bit Phares, ideſt diuiſum eſt regnum tuum, quia
pus ab anima miſerabiliter ſeparatur, & datum

Medis



dis, & Perſij. Medi menſurantes interpretantur.
ſignificant dæmones qui pœnam culpę menſurant.
13. Ego ſuſcitabo ſuper eos Medos, qui argentum,
eſt eloquentiam non quęrant, nec aurum, ideſt ſa-
tiam uelint, quia nec allegatio nec aſtutia in prę-
i liberabit, & ideo bene ſequitur, ſed ſagittis, id
ſtimulis punitionum paruulos, qui ſtultitiam di-
unt, interficient morte ſecunda. Perſæ, ideſt diſ-
antes latera ſunt uermes, quibus datur corpus in
m, & anima dęmonibus, donec tandem infelici
mmercio copulentur, ut ait Bernar.

## RIA II. DOMINICAE,

### Secundæ Quadrageſimæ, Quod peccatum malitiæ eſt omnium peccatorum grauiſsimum.

*Go uado, & quæritis me, & in peccato ueſtro moriemini.*] Ioan. 8. Tria inter alia habet facere gratia ſpiritus ſancti in nobis, quæ hic tanguntur. Habet enim animam deducere, ut iā non
ur anima ire, ſed ipſam gratia portare ideo di-
[*Ego uado.*] Gloriam perquirere, [*Et quæritis me.*]
ulam abijcere & perimere. [*Et in peccato ueſtro mo-*
*mini*] ideſt moriemini quo ad peccatum, ut iuſte ui
s. Ergo pro ipſa gratia obtinenda &c. [*Ego ua-*
*& quæritis me,*] ut ſupra. Secundum quòd probat
guſt. 12. de ciui. Dei. c. 8. Forma uel ratio peccati in
erſione a ſummo bono conſiſtit. Nihil enim eſt a-
d (ſecundum ipſum) peccatum, niſi affectio inor-
nate amantis uel odientis, iuſtitia derelicta. Et hinc
ficatur dictum Iacobi. Qui in uno offenderit fa- Iaco. 2.
eſt omniū reus, quia ipſe culpabilis eſt quantū ad

id

id quod eſt formale in peccato. Licet aut peccatum i tali auerſione conſiſtit, dicitur tamen unum eſſe a peccato grauius, & per conſequens difficilius ad cu dum ut dicit Hugo, qui ſi aliquis ſummum bonu relinquens ad bonum uilius aut deteſtabilius ſe co uertit, talis pro uiliori precio Deum dimittit. Et id tanto grauius peccat, quanto uilius eſt quod affect Exempla patent. Alio modo diuerſimode quis p cat, quia, ſcilicet ab alio principio impellitur, qu quidam ex ignorantia, & hoc eſt graue, quidam ue fragilitate, & hoc eſt grauius, quidam uero ex prop malitia, & hoc eſt grauiſſimum. Iſtud autem pec tum nunquam poteſt corrigi bene, ſicut patet in diu ſis, pro eo quod excæcat rationem, infirmat propo tum, & eneruat omnem conſcientiam, ſingulariter men in malignis Iudæis de quibus fit mentio in Eu gelio hodierno, qui tantum erant cæcati a malitia p pria quod nedum miraculis uerum etiam ueritati gnitę contradicebant, Sicut bene oſtendit Euange hodiernũ, in quo quattuor conſiderabimus, uidelic

Duram comminationem, [*Ego uado*]
Cæcam collocutionem. [*Dicebant igitur Iudæi*]
Claram explicationem. [*Et di. eis*]
Plenam informationem. [*Dice. igitur ei*]

Præmittitur, ſicut dixi, dura comminatio facta I dæis, circa quod quattuor facit, quia primo ſuam cat clementia. [*Ego*] (inquit) [*uado*] pro uobis, ſcili ſpontaneę immolari, ut uult Gloſſa. Non enim im lor, ſed ſponte uado. Secundo ipſorum indicat m tiam. [*Et quæritis me*] interficere hominē qui uera lo tus ſum uobis Tertio oſtendit infidelitatis ſiue d nationis punitionem, quia [*in peccato ueſtro morien* Quarto ſententiæ præfixione [*ego uado uos non pot uenire*] detinent uos malitia, & ex hoc finita eſt ſen tia. Sequitur Secundum, ubi ponitur cæca collo tio. [*Dicebant igitur Iudæi adinuicem. Nunquid in de*



*let ſemetipſum, quia dicit Quo ego uado, uos non poteſtis ue nire?*] Stulta uerba & omni inſipietia plena, quia ſi de morte diceret, non poſſent eum ſequi. Aduertendum tamen quod ex abundantia cordis os loquitur, quia igitur ſanguinem eius, & mortem omnino cordibus ſuis habebant impreſſa, quia illam continue procurabant & pertractabant, ideo quaſi nihil aliud loqui aut pertractare poterant de eo. Sequitur tertium, ubi ponitur clara explicatio illorum, ſcilicet quæ Chriſtus dixerat. Duo autem dicebat Iudæis quantum ad comminationem quorum unum erat quod ipſi non poterant uenire quo Chriſtus ibat, alterum uero quod ad hoc ſequebatur, quod in peccatis ſuis morientur, neutrum autem iſtorum excęcati Iudęi uidere poterant, idcirco Chriſtus hoc eis declarat. Probat autem primum dupliciter, uidelicet quod ipſi non poſſent ire, quo Chriſtus ibat. Primo ſic ille qui eſt præciſe deputatus alteri extremo ad alterum peruenire non poteſt, patet de lapide. [*Sed uos eſtis*] huiuſmodi, ꝓbatio, quia [*uos deorſum eſtis*] ideſt onuſti ſarcina peccatorum eſtis deorſum deputati. Exodi. Submerſi quaſi plum- *Exod. 15.* bum in aquis uehementibus deſcenderunt in profundum quaſi lapis. Secundo ſic, ille non poteſt uenire quo uado qui non habet inſtrumenta ad ambulandũ, ſed uos eſtis huiuſmodi, quia [*uos eſtis de hoc mundo,*] quantum ad affectum, & pedes ueſtri ad mundum currunt, & ibi affectibus eſtis cōpediti, [*ego autem non ſum de hoc mundo.*] immo ſum de ſupernis, igitur bene dico quod uos quo uado non poteſtis uenire. Aduertendum tamen quod ex iſto uerbo Saluatoris uoluerunt aliqui hęretici dicere Chriſtum non uerum hominem fuiſſe pro eo quod dicit ſe de hoc mundo non fuiſſe. Sed iſtud argumētum nihil ualet, quia per idem poſſunt arguere Chriſti diſcipulos ueros homines nō fuiſſe, quibus Chriſtus dicebat, Si de mundo fuiſſetis mundus quod ſuum eſt diligeret. Vnde aduertendum quod

quod mundus multipliciter poteſt accipi. Vno mod
pro tota fabrica mundiali ſecundum quod contin
quattuor elemēta & ſecūdā eſſentiā quę diuiditur in
decem orbes, de hoc Ioan. 1. Mundus per ipſum fact
eſt. Alio modo dicitur mundus uita mundana, in qu
eſt terra auaritiæ, aqua luxuriæ, ignis ſuperbiæ, qu
ſemper ardet ex ambitione dominandi, inſuper ul
aſcendere, aer inconſtantiæ, quia honor mundanus e
ſicut rota uel ſicut aer qui omni uento agitatur & o
ni tentatione. Ibi inſuper eſt empyreum quaſi impe
rium propriæ uoluntatis quæ uult regnare, ibi e
firmamentum obſtinationis, ibi eſt firmamenau
quod uincit aquas ſuperiores ne fluant, id eſt, diui
nam gratiam &c. quanquam per cryſtallum poſſum
intelligere mundanam prudentiam quæ ſtultitia e
apud Deum. De hoc mundo Ioan. 1. Mundus eu
non cognouit, cum tamen dicat Grego. quòd terra
gnouerit, quia mortuos quos tenebat reddidit &c.
Sic ibi ponitur. Alio modo homo dicitur mund
qui ſecundum naturalem diſpoſitionem ad inſt
mundi eſt creatus. Ibi enim ut exponit beatus Au
guſtinus ſuper Gen. eſt cœlū & terra, corpus & aīa, i
ſunt quattuor elementa ſecundum quattuor humo
in anima autē ſunt quattuor orbes. Hic mundus M
ci ultimo uocatur omnis creatura, prout exponit Gr
Alio modo dicitur mundus uita ſpiritualis, in qua d
bèt eſſe empyreum quaſi imperiū libertatis, quæ ſub
tur peccato ne trahatur ad ſeruitutem firmamen
rum diuinorū beneficiorum, cryſtallinū intelligēti
prudētiæ nō mūdanæ ſed diuinæ, Septem planetę, i
uerſitas ſtudioſæ occupationis, terra conſtātiæ, ig
charitatis, aqua gratiæ uel lachrymarum uel deuo
nis, aer dēuotæ orationis qua nutritur charitas, c
lor, ſcilicet qui eſt in corde dilectio Dei & proximi. I
mundum innuit hic Saluator cum dicit. [*Ego autem* n
*ſum de hoc mundo*,] igitur de alio ſcilicet de ſpiritu
li



li vita. De hac dicebat ſe eſſe & de mundana negabat.
Secundum ſcilicet ꝙ ipſi in peccato ſuo morerentur,
bat Saluator ſic, ille moritur qui uita priuatur. Qui
tem priuatur fide, priuatur uita, quia iuſtus ex fide
iuſt. Ideo ſi non credideritis quia ipſe ſum, moriemi-
ni in peccatis ueſtris, ſcilicet in peccato infidelitatis,
ad quod omnia alia conſequuntur. Hic introducas ſi
is quomodo per fidem ſalui facti ſunt etiam angeli.
Sequitur quartum, ſcilicet plena informatio. Cum
nim Iudæi hoc audientes dicebant ei, [*Tu quis es?*]
Chriſtus reſpondit informando eos de ſeipſo, & oſten
it ſe eſſe.

ictorem tutæ æternitatis. [*Ego principium.*]
Doctorem meræ ueritatis. [*Qui loquor uobis.*]
ectorem ſeu iudicem firmæ æquitatis. [*Quia mul-
habeo uobis loqui.*] ſcilicet facta ueſtra diſcutiendo,
rationem exigendo, & iudicare facta ueſtra punien-
do, ſed hoc modo non faciam. Iſte autem omnia (di-
it Chriſtus) ego nō habeo a meipſo, ſed a patre meo
am ſimus unum in entitate, [*quia cum exaltaueritis fi-
um hominis*] in corde ueſtro per fidem, uel in iudi-
o, quia miſericordia ſuperexaltat iudicium, eo quòd
anto maiorem miſericordiam deus peccatori in-
nto præſtiterit tanto diſtrictius punietur. In uerita-
, quia ſic docuit me pater qui uerax eſt, ſic loquor.
n charitate & indiſſolubili ſocietate, Quia qui mi-
it me mecum eſt, & non relinquit me ſolum, quia
uæ placita ſunt ei ſemper facio. [ Ego *de ſupernis ſum.*]
Nota ꝙ homo ex tribus cognoſcitur, ex loquela, ex
eſtimentis, & armis ſeu inſignibus. Sic tripliciter
poſſumus cognoſcere qui ſunt de hoc mundo. Pri-
mo quidem ex loquela. Ex abundantia enim cor-
dis os loquitur. Nota quòd duo ſunt quæ mirabili-
ter habent pandere cor hominis, immo prodere,
ſcilicet uiſus & loquela. Loquela igitur manifeſtat
unde homo ſit, utrum ex deo an ex diabolo. Iſti bene

Indi.12. finaliter cognoſcentur figura Iudicum. Nota hiſto riam de Iepte contra quē inſurrexerunt uiri Effraim Iepte aperiens interpretatur, & ſignat Chriſtum qui omnia aperiet in iudicio. Effraim creſcens non in me rito ſed in peccatis creſcit per ſuperbiam contra do minum inſurgens. Galaaditæ aceruus teſtimonij. Hi ſunt angeli qui erunt teſtes in iudicio, de quibus Eſa. 44. Vos teſtes mei. Iordanis riuus iudicij, uel fluuius iudicantis. Ibi igitur ſtabunt Galaaditæ. Vnde angel interrogabunt unde es tu, & tunc dicent, dic Sebbo leth, quod interpretatur ſpica, & miſer peccator dice chebbeleth, ideſt palea. Igitur dicet angelus paleas co legiſti, & paleas peccatorum cremabitis, & tunc inte ficiet eos &c. Vere tu ex illis es, nam & loquela &c. Matt. 26. Ex ueſtimentis. Hiere. 2. Sanguis innoxiu inuentus eſt in alis tuis, id eſt, in ornamentis & in ue ſtimentis tuis quibus uolas per mundum per uanam gloriam. Sanguis innoxius, qui de male acquiſitis

Act. 12 &c. Sed attende iudicium. Actuum. Nota hiſtoriam de Herode. Herodes glorians in pellibus uanam gl riam ſignat, hic ſedet per propriam reputatione in cathedra elationis mentis, indutus ueſtimentis, i eſt, ornamentis mundi. Loquitur per iactantiam quia iactat ſe de bonis, ſibi collati ac ſi eſſent propria ſed quid, ſubito diſſoluitur paralyſi. Dum enim bi diuinum beneficium attribuit efficitur inſenſibil ad correctionem & immobilis ad bonum, recedent a corde calore dilectionis, & ſpiritibus deuotionis, mortificantur membra nec ualent ad meritum op rari. Sic igitur hic Herodes paralyſi & a uermibus c ſumptum miſerabiliter uita priuatur. Vermes u ait Gregor. 15. Moral. capitul. 6. curas carnales ſi gnant. Vnde exponens illud Iob. 21. Et tamen ſim in puluere dormient, & uermes operient eos, ſi dicit. In puluere dormire eſt terrenis deſiderijs o culos mētis claudere. Vnde unicuique peccanti & in

ſua



ſua culpa dormienti dicitur. Surge qui dormis &c. No ta uermes qui de carne naſcuntur eos ſimul operiunt, quia ſiue diuitis ſiue pauperis ſuperbientis animum curæ carnales præmunt. In rebus enim terrenis pau per & diues reprobus quamuis non pari proſperitate fulciantur pari tamen anxietate turbantur. Hæc Gre go. Vel per uermes carnales fœditates deſignantur ſe cundum eundem. Moral. 16. c. ult. Superbientem igi tur diuinis beneficijs Deus uermibus perimit, quia in terdum Deus occultam ſuperbiam per manifeſtam lu xuriam denudat. Per arma ſeu inſignia noſcuntur prin cipes mundani.

## FERIA III. DOMINICAE

Secundæ Quadrageſimæ, De ope rum Phariſæorum reproba tione, ac eorum do ctrinæ audiendę.

V*Nus eſt magiſter ueſter &c.*] Matthæi 23. Sicut peccatum ſeu uitium habet animam ſeu men tem unitam diſpergere, erectam proſternere, inſtructam decipere, ſic Deus, mediāte gratia ſua, ipſam mentem habet diſperſam unire, & congre gare, ideo [*unus*,] proſtatam ſtabilire & ſolidare, ideo eſt, deceptam erudire, & confortare, ideo. [*magiſter.*] Tria circa hominem operatur, reddit namque ipſum inſignem claritate, qui ſe. Exilem humilitate, hu miliauerit. Sublimem felicitate, exaltabitur. [*Su per cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi &c.*] ut ſupra. Secundum quod dicit beatus Auguſtinus de uerbis Dei. Omnis delectat celſitudo, ſed humili tas firmat gradus. Qui tendis pedem ultra te, ca

 dere

dere uis non aſcendere. Patet autem huiuſmodi di
Auguſtini ueritas teſtimonio multiplici ſcripturar
In ſe namque lucifer ruit, quia pedem ſui inordina
deſiderii ultra, immo ſupra ſe ponere & erigere uo
luit, quod eſt monſtrũ. Inde etiam cecidit primus ho
mo &c. Volens igitur Saluator noſter nos ad primu
ducere paradiſi gradũ quo ſcandere poſſumus, oſtẽdi
in euangelio hodierno oſtendẽdo & reprobando &
In quo quidem euangelio tria innuuntur uidelicet. A
ceptare præconium ueritatis. [*Super cathedram.*] D
uitare ludibrium uanitatis. Ideo nota opera ſua. Pro
curare plantarium paruitatis uel humilitatis. [*Vos a*
*tem nolite uocari Rabi.*] Decet igitur quantum ad pri
mum acceptare & auſcultare ueritatis præconium,
cens. [*Super cathedram Moyſi &c.*] Vbi inducit ad al
quid obſeruandum, quia eruditionem certam. ſ. legi
Super inquit. Aliquid relinquendum, quia conuerſ
tionem prauam. Secundum autem opera eorum &
Nota ſcd̃m beatũ Auguſtinum de doctrina Chriſti
na, quòd omne uerum a quocunque dicatur a ſpiri
ſancto eſt. Et ideo ueritas cum reuerentia auſcult
da, illa. ſ. quæ ſpectat ad duo. Primum eſt auctori
officii, Quomodo (inquit Apoſtolus) prædicabunt n
mittãtur? Nemo enim debet ſibi aſſumere honor
niſi qui uocatur a dño. Et hoc notatur in hoc quod
citur, Sedent. Pertinet enim hoc (ut ait Auguſtinus
ad dignitatem magiſtri. Secũdũ eſt approbatio doct
næ, qa debet eé nõ de figmentis poeticis, non de ph
taſmatibus & ſomniis, ſed de lege & ſcriptura ſacra
Et ideo dicit Moyſi. Item nota ꝙ unũ iſtorũ ſine al
ro non ſufficit &c. Hieronymus. Nam bene docen
oſtendis populo quomodo debeat uiuere, male ui
do doces quomodo debeat malefacere. Hic igi
habemus documentum Saluatoris ꝙ prædicatio
a peccatoribus dum tamen fundetur in ueritate ſ
pturæ diuinæ, non in erroribus, eſt audienda & op
bus



bus adimplenda. Exemplum huius, ſi facimus corpori
Chriſti reuerentiã quãdo malus ſacerdos dicit miſſam
ſic eſt de uerbo diuino. Nota quòd oportet hoc uerbũ
eſſe de ſacra pagina, quia ſolũ habet efficaciã quia, eſt
ibi uirtus ſpiritus ſancti, qui p prophetas locutus eſt, &
conſiſtit in uerbis illis quando proferuntur, non autẽ
ſic aſſiſtit uerbis paganorum quantuncunque ẽt ſint
uera. Ergo bene dico, ſecundum opera eorum nolite
facere, quia ipſi dicunt & nõ faciunt. [*Alligãt autẽ &c.*]
Vbi docet declinare quod erat in iſtis prophetis quã
tum ad quinque, uidelicet Quia oſtendebant auſteri
tatem uitæ, quæ tñ non erat in eis. Imponebant enim
onera grauia pęnitẽtiæ & importabilia hominibus, &
ipſi nedũ humeros illis ſupponere, uerum etiam digi
tos ad monendum nolebãt extendere. Chryſoſtomus.
Melius eſt de miſericordia rationẽ reddere ꝙ de cru
delitate. Nam ubi paterfamilias eſt largus, diſpẽſator
non debet eſſe tenax. Chriſtus nanque miſericorditer
liberauit & abſoluit & nullũ onus aliud impoſuit, ſi
cut patet in multis. Oſtendebant recordationem diui
norum mandatorum quaſi haberent Deum iugiter an
te oculos mentis, & propter hanc dilatabant phylate
rias ſuas, in quibus ſcribebant decalogum, & ponebãt
in frontibus ſuis, & in manibus ſiniſtris, deſignan
tes quòd cor ſiue conſideratio & meditatio, & etiam
opera, circa legem domini uerſabantur, iuxta illud
Deuteronomij, Ligabis ea quaſi ſignum in manu tua. *Deute. 6.*
Et omnia faciebant ut uiderentur &c. Nota quòd iſti
hoc ordine procedebant ad iudiciũ excipiẽdum, quia
portabant ligata diuina mandata in frontibus,
quia ſcilicet ea cognouerunt, & in manu ſini
ſtra, quia ea non impleuerunt, uel cum ſiniſtra in
tentione. In ſiniſtra autem non eſt robur.
Et magnificabant ſibi fimbrias, quæ ſcilicet erant
in quattuor angelis palliorum, ſicut præce
perat Iudæis ubi ponebant pannum hyacinthi

 num,

num, & ubi Phariſæi ponebant ſpinas &c. Sequ bantur præterea carnis delitias, quia deſiderabã primos accubitus in menſa, ubi, ſcilicet melior porti ponebatur. Sectabantur auaritiam, quia conabantu habere primas cathedras in ſynagogis, ut, ſcilicet e ſent præcipui in oblationibus, quæ eis fiebãt, ſed nũc fit illis qui ſunt in capite chori tempore ſepul turæ, quibus, ſ. dantur cærei groſſiores &c. Deſider bant reputati ſapientes, & haberi in reuerentia, ſ. ſ lutari in foro & uocari Rabi. Hæc autẽ omnia era ſigna arrogãtiæ, & ſuperbiæ quæ occupauerant ip rũ corda. [*Vos autem nolite &c.*] Vbi docet extirpa ſuperbiam & plantare humilitatem. Vult aũt ꝙ ho mo ſibi faſtum nõ attribuat ſcientiæ, quia ſcientia flat ſcd̃m Apoſtolũ &c. Nec ẽt culmen potẽtiæ & p ſidentiæ, & ponit rationẽ huius, quia iſta ſolum d attribuẽda ſunt, qui eſt magiſter & dominus, nos a ſumus diſcipuli & filii & fratres, & per conſequ pares inter nos producti ab eodem principio temp rali Adam uel Noe, & hoc quantum ad corpus Dep tati eidem ſeruitio. ſ. dei quãtum ad animã. Redemp eodem commercio. ſ. precioſo ſanguine. Fruituri e dem ſtipendio. ſ. uita æterna. Et debet nos ad fugi dum ſuperbia & ſectandã humilitatẽ inducere. [Q *omnis qui ſe humiliat exaltabitur.*] Moraliter quid p ſ bas, & quid ꝑ Phariſęos &c. Ad uidendũ aũt quid hos intelligatur, oportet nos accipere nominis ſign cationem. Phariſęi nãque diuiſi interpretantur a p res qđ diuiſio interpretatur. Et quãtũ ad hoc poſſ pctã ſignificare q̃ habent diuide & ſepara a Deo. Iſ 59. Iniquitates ueſtrę diuiſerũt inter uos & deũ, ſ cialiter tamen peccatũ ſuperbię, quia ab illo oĩs p ditio ſumpſit initiũ, ut dicit Tob. Vnde ipſa eſt p
*Tob. 4.* cipiũ & origo ſeparandi uos a Deo. Eccl. 10. Initi ſuperbię hoĩs apoſtatare a Deo uos fecit. Nota qu in omni peccato includitur ſuperbia &c. Sic igit

per



per Phariſęos peccata in generali, ſed ſuperbiam in ſpeciali accipere poſſumus. Sed tunc hic cadunt aliqua dubia. Primum quomodo peccare dicantur ſcribæ. Secundum quomodo dicantur ſedere ſuper cathedram Moyſi. Tertium eſt quomodo debemns facere ſecundũ ꝙ dicunt nobis. Reſpondit Iſai. 10. quòd oẽs ſcribentes, iniuſtitias ſcripſerunt ut imperimerent in iudicio pauperes. Item ſunt codices & literæ & ſcripta contra hominem in extremo iudicio. De hoc figura. 3. Reg. de literis falſis Iezabel quibus Nabaoth *3. Re. 21.*
eſt priuatus uinea atq; uita. Iezabel fluxus uarius interpretatur, & ſignificat mundi uel carnis concupiſcentiam. Achab fratris pater, de quo dicitur in Euãgelio Ioan. 8. Vos ex patre diabolo eſtis. &c. Et bene hic Achab hanc ſibi deſponſauit uxorem, ut perditionis filios generaret Vinea, anima eſt. Nabaoth excluſio, peccatorem ſignat qui eſt excluſus a gratia, & finaliter excludendus a gloria. Literæ falſæ ſunt inſcriptiones peccatorum ſiue ſuperbiæ, quæ promittunt gaudium, & inducunt finaliter planctũ & luctũ. Quæſiuimus bona, & ecce tribulatio. Hæ finaliter contra peccatorẽ producentur, & ducentur in teſtimoniũ extra portam. Hic quidem ducitur extra portam ciuitatis, dũ. ſ. culpam extra committit & lapidatur obſcœnis operibus. Ibi aũt ducetur extra portam corporis, & ibi lapidabitur & priuabitur uinea, dum. ſ. fiet ex anima eius pomarium diaboli, quia ſicut hic ſeminauit herbas peſſimas quibus ueſcitur, ſic ibi ſeminabit ultionem ſiue pœnas quibus nutrietur, quantum ad exercitiũ odii. Sic igitur peccata uocari poſſunt Phariſæi, non ſolum ratione qua diuidũt, uerũ etiã ratione qua cõdemnãt Item etiã quia aſcribunt hominẽ familiæ dęmonis. Vnde in Apoc. 19. uocantur chara- *Apo.*
cter beſtię. Quãtũ ſecũdũ. ſ. quomõ dicantur ſedere ſuper cathedrã, ſatis patet. Cathedrã autem Moyſi, mens humana poteſt ſignare, in qua debet ſedere lex

K 4 diuina

diuinæ, quę eſt lex Moyſi aſſumpti ab ęgyptijs, qui
lex domini immaculata conuertens animas, ſepa
nos ab aquis ægyptijs, id eſt, mundi uoluptatibu
& peccatis. Anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ & diui
næ legis. Vel aliter poſſumus dicere quòd ſeden
ſuper cathedram Moyſi, dum, ſcilicet per peccatum
diuinam legem perimunt & ſuppeditant &c. Iſa. 14.
Sedebo in monte teſtamenti, id eſt, in altitudine per
fectionis diuinæ legis. Quantum ad tertium, ſcilicet
qualiter debeamus facere quęcunque dixerint nobi
eſt aduertendum quod dicit Gloſſ. Omnia, ſcilicet
quæ ſunt utilia ad ſalutem, omnia namque talia fa
re debemus, non tamen ſecundum illorum opera e
faciendum. Vnde ſciendum quòd omne uitium u
tutem ſibi oppoſitam commendant. Verbi grati
ira patientiam, dū ſic miſerabiliter cor & corpus af
git, gula temperantiam, dū ſ. homo repletus nimis a
abſtinētiā cogitur. Licet igitur opera uitiorū ſint m
la, uirtutes tamen ſibi oppoſitas cōmendant, & hoc p
tet quia quodlibet uitium uult ſe cooperire pallio u
tutis oppoſitæ, ſicut patet de ſuperbia ut ait Bernar
ſuper Miſſus eſt Glorioſa res inquit eſt humilitas, q
ipſa quoque ſuperbia palliare ſe appetit ne uileſcat.
Sic igitur quæcūque dixerint uobis facite, ſed nō op
ra illorum &c. Dānat peccatum ſeipſum, & tñ nō ce
ſat animam infeſtare, & ideo bene ſequitur. Imponū
enim onera grauia &c. O quantum grauia quæ faciū
*Pſal.* 37. hominē cadere in profundum. Pſal. Sicut onus graue
*Pro.* 21. grauatæ ſunt ſuper me. Et prouerbio. Inueſtigator
*Iob.* 26. malorum opprimetur ab eis. Iob. Nocte oppri
tur cū tēpeſtas. Bene igitur dicit qđ imponūt onera
grauia, & tanguntur hic quinque quę ſolet facere pe
catū ſupbię in anima, ſed uado & tráſeo ad remediū
qua eſt humilitas, quā Saluator oſtendit dum dicit.
Qui ſe humiliat exaltabitur. Sola enim humilitas eſt
quę perimit inimicum & gloriā tribuit, De hoc figura
in



in illa Iudith humili quæ dicebat. Eccleſiaſtici 9. Hu- *Iudith* .8
milium & manſuetorum tibi placuit deprecatio.
Narra Iudith conditiones quę ponuntur Iudith
confitens & humilians, humilem animam præfi-
gurat, quæ ſui conſiderat miſeriam & Deo gloriam *Pſal.* 113
tribuit de beneficijs collatis. Pſal. Non nobis domi-
ne non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Hæc relin-
quitur uidua, dum, ſcilicet facit diuortio cum mun-
do, cui interdum anima deſponſatur per culpam. Tres
anni ſunt propoſitum bene operandi, ſcilicet princi-
pium ſiue incœptio, perfectio & perſeuerātia. Sex mē-
ſes, ſunt uitę perfectio in ſenario deſignata. Et aduer-
tendum quod bene dicitur quod habebat multas di-
uitias, quas uir eius reliquerat. Quamdiu mulier eſt
ſub uiri poteſtate, non habet diuitias nec dominiū, ſed
eo mortuo ipſi relinquuntur dotes &c. Sic anima quę
nubit mundano deſiderio, quamdiu uiuit, non habet
diuitias, ſed deſiderio perēpto tunc habet diuitias gra-
tiarum & uirtutum. Hęc conſtituit ſibi cubiculū quie-
tum, ſcilicet quietem contemplationis & meditatio-
nis in ſuperiori parte domus, dum, ſcilicet ſe toto cor-
de ſubtrahit a terrenis, & ad ſuperiora ſe conuertit. Ie-
iunat omni tempore uitæ ſuæ, dum, ſcilicet cauet a
guſtu cuiuslibet inordinatę uoluptatis, ſed cum do-
mino ſe delectat & epulatur. Et ideo bene dicitur quod
non ieiunabat in ſabbatis & neomeniis. i. quod non ie-
iunabat a bonis operibus & a laude Dei. Portat cili-
cium, id eſt iugem mortis memoriam. Habet multam
familiam, ſcilicet multa opera meritoria. Hæc in hu-
militate procedit contra inimicum contra populum
domini, & cum proprio mucrone qui ad caput lecti
pendet perimit, dum, ſcilicet gladium tentationis in
caput hoſtis retorquet, & ſic amputato capite, id eſt,
ſubiectionis pciſo principio populus Dei. ſ. anima &
eius operatio liberaī, & ciuitas cōſciētię Bethulia. i.
parturiēs dñm ſaluatur. Vel aliter Iudith quæ confi-
tens

tens interpretatur,hominem ſignat qui ſtatum aſſu-
mit pœnitentis.Talis namque domino confitetur con-
feſſione laudis. Pſal . Confitemini domino quoniam
bonus.Item confitetur culpam tranſactam Ioſue,7.
Confitere & indica quid feceris. Hæc aliquando pro-
ſternitur per peccatum.Hiere.Leua oculos tuos in
*Hier. 2.* rectum,& uide ubi nunc proſtrata ſis.Sed quando c-
miſſa deteſtatur,tunc proprie ſurgere dicitur , & ide
ſurrexit Iudit de loco in quo iacebat . Ioſue . Surge
*Ioſue. 7.* quid iaces pronus in terra? Vocauitque abram ſuam
id eſt famulantem rationem ſiue diſcretionem quæ
luntati tanquam domine in regno animæ famula-
tur . Nam ipſam prius uoluntas repulerat peccando
quia malitia excæcat uoluntatem. De hac uoca-
tione Iudith,dicit Iudith abræ ſuæ ut abſtaret for
ante oſtiam cubiculi,& obſeruaret , id eſt, tentatio-
bus præcaueret ne uolunt as impetũ pareretur, qu
libere perimeret inimicum.Deſcenditque in domum
ſuam quamdiu eſt in ſtatu peccati tandiu extra dom
*Prouer.7* propriæ conſcientiæ commoratu r.Prouerb. Non e
uir in domo ſua,abijt uia longinqua.Sed cum ſeipſu
humiliter recognoſcit,in domum ſuam deſcendit Lu.
18.Deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam. Abſtu
lit a ſe animę cilicium quę ſe conuerterat ad inſtar c
licij,id eſt ad opera quę ſunt mortua,& ſepulturæ,iu
diciũ,animæ.ſ.mortuę ꝑ culpã in fouea uitiorũ ſepu
tę.De cilicio lamentatur Hieremias.Thre. 2. Virgin
Hieruſalem; ciliciis accinctæ ſunt , uirgines inquam
quia ſine fructu meriti cuiuſcunque. Et exuit ſe ueſti
mento uiduitatis ſuæ,id eſt diuina offenſione quæ ſpo
ſo repulſo cum dijs alienis fecerat animam fornicari
Gen.Abijcite Deos alienos qui in medio ueſtrũ ſunt
& mundamini ac mundate ueſtimenta ſua. Poteſt ta
men per ueſtimenta uitioſa conuerſatio deſignari, q
qua tanquam in ueſtimento cognoſcitur anima e
cœleſti ſponſo uiduata . Vnxitque ſe myrtho op
mo



mo,id eſt mortificante pœnitentia qua anima præ-
ſeruatur a corruptione peccati. Exodi 3.Sume tibi a
romata primæ mirrhæ electæ. Prima myrrha dicitur
illa quæ ſponte progreditur,ſic pœnitentia debet eſſe
ſpontanea,quia,plus ualet,& electa ut homo non ex
pectet percuſſionem diuinã.Diſcriminauit crines ca
pitis ſuis,id eſt mentis cogitationes compoſuit in
quibus ſponſus plurimum delectatur . Cantic. 4.
Vuulneraſti cor meum ſoror mea uno crine colli tui.
Iſtorum autem crinium abraſione etiam perfectus ex
ponitur ludibrio inimici , ſicut de Sampſone Iudi- *Iudic. 6.*
cum figuratum fuit . Deinde impoſuit mittam
capiti ſuo , id eſt , reſtituta priſtinæ ſanitati uel liber
tati libe. ata eſt a ſeruitute peccati . Baruch. 5. Im
ponet mitram capiti ſuo. Deinde induit ſe ueſti
mentis iocunditatis ſuæ,induitque ſandalia pedibus
ſuis , aſſumpſiq; dextraliola & lilia & in aures, & anu
los,& omnibus ornamentis ſuis ornauit ſe , & profe-
cta eſt , ſcilicet ad pugnam . Vbi nota in ueſtimentis
exemplarem conuerſationem . Iob . Eſto glorio *Iob. 40*
ſus & præcioſus induere ueſtibus.In ſandalijs circun
ſpectionem & cautelam in preſeruando ſe , ut nulla
macula pedes, id eſt affectus inficiat Matth. 6. Præce-
pit Ieſus diſcipulis ſuis ne quid tollerent in uia , ſed
calceatis ſandalijs irent . In dextraliolis uirilitatem
operis . Nume. Offerimus in donarijs periſcelides *Num.31*
id eſt , ornamenta crurum & pedum , ſignantia greſ-
ſus promptitudinem obſequendi.Sic enim illi amici
Iob , dederunt ipſi in aurem unam auream, id eſt , o-
bedientiam & promptitudinem obſequẽdi,& famula
tum exhiberunt . Iob. 42. Per lilia munditia carnis
& cordis.Eccleſiaſtici.39.Florete flores quaſi liliũ.Per
anulum intimitas amicitiæ & colligatio cum ſponſo
ſuo a quo receſſerat per peccatum . Et ſic profecta
eſt,ſcilicet de uirtute in uirtutem, & inimico caput ,
id eſt ſuggeſtionis principiũ proprio mucrone ampu
tauit

tauit. Sic enim humilitas ſuperat inimicum. Exem plum de hoc legitur in uitis patrum, quòd quidam bilis in partibus Aegypti habebat filiam dæmonia igitur quidam monachus dixit, ſolitarij ideſt erem curabunt eam, & ideo obſerua ad uidendum quæ ratur, quod faciens homo duxit quendam de ei domum ſuam qui cum introiſſet ſtatim, puella per ſit eum in maxillam, & ipſe alteram obtulit, cuius h militatem dæmon non ferens clamare cæpit. O uio tia humilitatis ab hoc loco exire me compellis, & ſta tim puellam ſanam dimiſit. Humilitatis habendæ e plum in proprietate pauonis, qui habens caudam p cherrimam erigit ipſam ſuper caput ad modum ci culi, & tunc in eius aſpectu pulcherrimo delectatur & gloriatur, ſed aſpiciens pedes, & tibias, & illorum tu pitudinem uerecundans, ſtatim caudam deponit. N ta cauda ſunt temporalia, illa eſt abiecta auibus, id uiris ſanctis. Primum quærite regnum Dei, & hæc o nia adijciētur uobis. Illa etiam a tergo eſt poſita, h etiam a tergo poni debent ne impediant diuinu aſpectum. Hæc auem ſequitur, ſic temporalia deben non præcedere. Interdum tamen ut cauda erigunt ſupra caput, ideſt ſupra mentem diuitis diſponunt dum in eis mens gloriam, & delectationem ſuſcipien principij aut finis minime recordatur. Sed uide rem dium reſpice fundamentum, & quàm uiliter ſuſtenta ris. Quid ſuperbis cinis, & uermis? & tunc uidebis q omnis caro fœnum & omnis gloria eius tanquam flo fœni. Exſiccatum eſt fœnum, & flos eius decidit. Se quendo ſecundam expoſitionem Iudith fuit uxor Ma
*Iſai.* 1. naſſæ, qui dum inſtaret ſuper alligantes manipulo tempore meſſis hordaceæ, uenit æſtus ſuper eius ca put, & mortuus eſt. Manaſſes obliuioſus interpreta tur, & ſignificat illum qui obliuiſcitur gratiæ ſibi fa ctæ in confeſſione. Inſtat ſuper alligantes, ideſt cumu lantes opera pœnitentiæ, puta ſenſus, & intellectus,

qui



qui debent ſpiritui famulari, & bene ſuper alligantes manipulos meſſis hordaceæ in qua pœnitētia deſigna tur, ſed uenit æſtus tentationis, & percutit mentem, & perimit ſpiritum, & ſic Iudith anima, quæ prius erat conſitens quem in confeſſione ſpiritum amiſerat recu perat uidua &c.

## FERIA IIII. DOMINICAE Secundæ Quadrageſimæ. De cruce ferenda, & de documentis in ſcholis Chriſti audiendis.

E*cce aſcendimus Hieroſolymam &c.*] Matth. 20. Gratia diuina ſine qua nihil fructuoſum dicere, facere, audire, aut cogitare poſſumus, multiplicem effectum in nobis habet inueſtigare. Singulariter tamen triplicem quo ad præſens, qui in uerbis propoſitis oſtenduntur cum dicitur. Ecce aſcendimus. Habet eum mentem erigere, & ideo præmittit. [*Ecce aſcendimus.*] Licet anima ſit ſpiritus ad ſublimia parata ſcandere nihilominus pōt, quia prægrauata corpore inſurius detinetur ne aſcēdere queat. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem, ut dicitur
Sap. At uero gratia ipſam facit aſcendere. Vnde dice- *Sap.* 9.
bat Saluator. Ioan. 4. Aqua quam ego dabo fiet in eo fons aquæ ſalientis in uitam æternam &c. Nam nulla opera noſtra ſufficere poſſunt nedum ad obtinendam gloriam, uerum etiam nec ad placandum Deū de continuis offenſis. Vt gratia diuina facit nos dotē gloriæ pmereri. Et ideo dicit Hieronymus ꝙ ipſa ducit nos
ad trāquillitatē uitæ. Vnde ad Ro. Stipendia peccati *Rom.* 6.
mors. Gratia aūt Dei uita eterna. Oſtendit etiā nobis

ut

ut Chriſti ſequamur ueſtigia, ideo ipſe dicit. Qui
uenire poſt me, abneget ſemetipſum. Et Petrus in
Luc. 9. canonica prima c. 2. dicit Chriſtus pro nobis pa
eſt, quibus nos admonet, ut Chriſti ueſtigijs inhæ
mus, atque ſequi debeamus certiſſimè ſcientes, q
quo plus patimur, ob eius amore, eo propior m
noſtra eſt fęlicitas, quemadmodum ignominioſę m
ti eius, fœlicitas glorioſæ reſurrectionis eſt ſubſecu
ſicuti ſequitur. [*Et tertia die reſurget.*] Diuina enim g
tia tria facit in anima. Habet enim mortem perim
ideo reſurget: Lucem infundere. Die. Mentem perfic
re. Tertia. Ternarius enim eſt numerus perfectus,
qui ad ternarium uenerit ſignificat mentis perfecti
nem. Vnde 2. Reg. Per oppoſitum dicitur quod ad t
2.Re. 23 primos non peruenerat &c. [*Tertia die reſurget &c.*]
cundum quòd ait Gregorius lib. 10. Moral. cap. 22.
to ſpes in Deo ſolidior ſurgit, quanto pro illo qui
grauiora pertulerit. Quia nequaquam retributio
gaudium de æternitate colligitur quod non hic pri
pia tribulatione ſeminatur. Et bene concordat h
dicto illud Pſal. Euntes ibant, & flebant mittentes
mina ſua. Venientes autem uenient cum exultatio
portantes manipulos ſuos. Qui ſeminat in lachrym
in exultatione metēt. Concordat inſuper dictum
Euangelio hodierno, ubi oſtendit quòd aſcendens
Hieruſalem primo oportet eum multipliciter cru
Pſ. 125. ri &c. Et continet præfatum euangelium tria. Qua
tum ad primum ponitur Deſcriptio ſiue narratio ſ
uæ perſecutionis, [*Ecce aſcendimus,*] Repulſio ſtult
poſtulationis. [*Et acceſſit ad eum.*] Repreſſio ortæ pe
turbationis. [*Audientes autem indignati ſunt.*] Vel poſ
mus uidere quattuor, uidelicet.

Caſum futurum reſerari acerbæ perpeſſionis.
Gradum iniuſtum poſtulari altæ portionis.
Votum expreſſum increpari tranſmiſſæ petitioni
Motum internum refrenari ſubortæ perturbationi.

Quo



Quo ad primum. Teſte Salomone, tres libros Deus
nobis proponit, ſcilicet librum conſcientiæ in corde,
librū ſcripturæ in aure, librū naturę in facie. Vñ dicit
Prouerb. 22. Ecce deſcripſi eam tripliciter. Oportet
igitur, interdum ad unum, interdum ad aliud recur-
rere. Igitur ad librum pro nunc recurrentes naturæ,
uidemus ſic eſſe prouiſum, curſum que naturæ hoc
exigere quod omnis fructus quantuncunque ſuauis &
dulcis non niſi per acerbitatem & amaritudinem ad
maturitatem perducitur. Exēplum de uua, quæ prius
eſt acerba ualde & acris, de ficu quæ prius ualde ama
ra, ſic de ſorbis, eſculis &c. Sic in ueritate fructus ui-
tæ æternæ non nobis matureſcit niſi præuiis amari-
tudinis & acerbitatibus multis. Et quid mirum. Quia
etiam Saluatori non aliter maturatus eſt. Pſal. In ma Pſa. 76.
ri uiæ tuæ, ideſt in amaritudinibus, & ueſtigia tua nō
cognoſcetur. Volens igitur Saluator ut fructus glo-
riæ ad maturitatem nobis debitam perducantur, per
uiam paſſionis multiplicis ad hoc nos ſuo exemplo
perducit in euangelio hodierno. [*Aſſumpſit &c.*] Hoc
eſt contra illos qui quando uadunt ad crucem pœni-
tentiæ dicunt hoc non ſecrete, ſed publice, tales ſunt
hypocritæ. [*Et ait illis. Ecce aſcendimus Hieroſolymam.*]
Chryſoſtomus. Quaſi dicat, nemo me compellit. [*Et fi
lius hominis tradetur.*] cooperāte filii obedientia, diabo
li malitia, Iudæ auaritia, Iudæorum inuidia, & Paga-
norum ſæuitia. [*Principibus & ſcribis, & condemnabunt
eum morte.*] Sapien. 2. Morte turpiſſima condemnemus
eum. [*Et tradent eum gentibus, ſcilicet.*] Pilato & mini-
ſtris eius [*ad illudendum &c. & tertia die reſurget, &c.*]
Sequitur repulſio ſtultæ poſtulationis & allocutionis.
Narra hiſtoriam de matre miſſa a filiis &c. [*Neſcitis
quid petatis.*] Vere neſciebāt qa aut intelligebāt de re
gno huius mundi, & tunc neſciebant quid peterent,
quia regnum Chriſti non erat de hoc mundo. Aut de
regno quod erit in iudicio, quia prædicio ſe uenturum
ut

Matt.21 ut regem.Tunc dicet rex &c.Et tũc nihil petunt,qui
in ſiniſtra erunt damnati.Aut de regno patriæ,& tu
multipliciter neſciebant quid peterent.Primo, quia
illud regnum non datur propter parentelam, ſed pro
pter præcedentia opera.Non enim datur brauium ni
ſi poſt curſum.Non enim datur corona,niſi poſt uicto
riam.Non precium, niſi poſt laborem . Vnuſquiſque
enim propriam mercedem accipiet &c.Secundo,quia
ibi nõ erit ſiniſtra,quia nec aduerſitas,nec etiam ga
dium diminutum.Vnde inquit,Vt gaudium ueſtru
Ioan.15. plenum ſit.Ioan Tertio,quia ueritas quæ uenit in m
dũ,& quæ mortem debebat ſuſtinere ut filios Iſrael
ideſt electos congregaret in unum,non debebat co
gregatos diuidere & a charitatis uinculo ſegregare.
Quarto,ſi uolebant intelligere per dexteram diuin
tatem,& per ſiniſtram humanitatem Chriſti, adhu
neſciebant quid peterent ,quia beatitudo eſſentiali
non erit in fruendo humanitate. Et quia beatitudo n
datur niſi poſt præmium,ideo dicit eis.[*Poteſtis bibe*
*&c.* ] Calicem uocat paſſionem ſuam,quæ fuit cal
plenus amaritudine,& ideo Saluator poſtulabat a p
tre quòd ſi poſſibile eſſet ab eo tranſiret . Moralit
uidendum eſt qui ſunt iſti diſcipuli,quis iſte filius h
minis qui ſit tradendus,quæ iuſuper mater filioru
Zebedæi atque quid petat.Diſcipuli dicuntur illi q
ſtudẽt in ſcholis.Habet autem Chriſtus ſcholas du
Ioan.13. quo ad præſens.In primis eſt ſtudiũ charitatis quo
uina implentur præcepta . Ioan. In hoc cognoſce
omnes quòd diſcipuli mei eſtis,ſi dilectionem hab
ritis adinuicem.Per hanc charitatem docentur imp
ri præcepta,immo ipſa charitas ex obſeruatione pr
ceptorum nutritur.Ioan.15.Si præcepta mea ſerua
ritis,manebitis in dilectione mea, ſicut & ego præc
pta obſeruo eius qui miſit me &c.Vnde in hoc cla
ficatus eſt pater meus,ut efficiamini mei diſcipuli.
Hæ ſunt primæ ſcholæ.Vnde ſtudentes in ipſis be
uocantur



ocantur duodecim diſcipuli, quia geminam charita-
em fouent,explicant , & nutriunt decem præceptorũ
bſeruantiam, & qui in his ſcholis non ſtudet procul-
ubio nullo modo eſt Chriſti diſcipulus. In ſecundis
ocetur humilitas & manſuetudo . Matth. Diſcite a Matt.11
ne, quia mitis ſum & humilis corde. Et quia in corde
ſt locus humilitatis(ſicut enim cor eſt radix uitæ, ſic
n eo radix uirtutum debet radicari) docetur ibi humi
tas interius.ſ. quantum ad propriam reputationem,
mititas . i. manſuetudo exterius , ut ſcilicet ſit lenis
d tractandum,ne.ſ. pungat cum tangitur . Et hic eſt
rdo inter primos diſcipulos & ſecundos, quia poſt-
uam ſtuduerint in primis ſcholis, introeant ad ſecun
as . Duodecim igitur diſcipulis in primis ſcholis ſtu-
entibus vult ſtudium ſecundum.ſ.humilitatis oſten-
ere vt de primis tranſeant ad ſecundas,& ideo oſten-
it miſericordiam patientiæ ſuſtinendæ, dicens. [*Ecce*
*ſcendimus Hieroſolymam.* ] i. hæc eſt uia per quam aſcẽ
imus, quia per præceptorum obſeruantiam perueni
ur ad patriam. Sed magna aſperitas eſt in uia, quia fi-
us hominis tradetur. Per hũc filium hominis debes
oraliter accipere uel ipſum peccatum , uel corpus
oprium,uel hominem impreſſum ſecundum conuer
ionem mundanam . De primis duobus in Sermone
Quinquageſima dictum fuit quomodo filius homi
is debebat tradi per pœnitentiã,nunc dicãmus quo-
odo oportet ipſum tradi per moleſtiam & afflictio-
em quam contra pœnitentem excitat inimicus . De
ertio nota quòd nullatenus poteſt filius hominis aſcẽ
ere Hieruſalem ut fiat filius dei , niſi prius tradatur
c. Et quia ad hanc aſpiritatem qua homo moleſtiis
nſurgentibus traditur,eſt neceſſaria humilitas cordis
manſuetudo exterius , uniuerſaliter autem poſt in-
ceptam pœnitentiam diabolus perſecutione excitat
orporales , de hoc habemus exemplum in figura Io- Ioſ.9.
ue.ubi dicitur quòd cum Gabaonitæ audiſſent quo-

 modo

modo Ioſue ſubuerterat Hiericho & Hay, timente
& callide cogitantes tulerunt cibaria ſaccos ueter
aſinis imponentes & utres uinarios ſciſſos atque co
ſutos, calceamentaque perantiqua quæ ad indicium
vetuſtatis pitacijs conſuta erant, ueſtimentis quoque
perantiquis induti, & portantes panes duriſſimos &
minutatos in fruſta, uenerunt ad Ioſue & compoſue
runt cum eo dicentes ſe de longinquo ueniſſe, & tunc
confœderati cum ipſo receſſerunt, quos ſtatim quin
que reges Amorreorum bello impetere cœperunt, ci
uitates ipſorum acriter expugnantes, ſed præſidio Io
ſue liberati ſunt. Sed ſpiritualiter Gabaonitæ procli
ues iniquitati ſignificant peccatores, qui non ſolum
ſunt cum propheta in iniquitate conceptii, ſed ad eam
nimium inclinati. Iſti timore ultionis diuinæ pertem
ti audientes quod Ioſue qui dicitur alio nomine Ie
ſus, ad terram promiſſionis producens, ſubuertebat
Hiericho, i. mundane uiuentes, quomodo tradidit eos
igni perpetuo cruciādos, & Hay, quæ uita ualliumi
peccatorum interpretatur, ad ipſum ueniunt in hac
forma tria callide cogitantes, ut ſic iram diuini iudic
euādere poſſint. Ponunt namque cibaria in ſaccis ue
teribus. i. ut ait Gregorius diuinam doctrinam in co
dibus inueteratis peccatis, & hos aſinis ſuper ponunt
dum, ſcilicet doctrinam diuinam opere adimplere ni
tuntur, quia ſciunt nihil habere in corde ſine opere
Deo placere. Vtres uinarios, id eſt cogitationes carna
les & terrenas ſecūdum Greg. in quibus uinum mun
danæ letitiæ rationem inebrians ponitur, qui bene ſci
ciſi dicuntur quia cogitationes huiuſmodi mentē
diſpergunt, ſed tunc conſuuntur quando ſe conuertūt
ad Deum, ut ibi uinum internæ lætitiæ, ſcilicet con
ſcientiæ reponatur, calceamenta etiam antiqua reci
piunt, id eſt mortificationem cogitationum carnaliū
ſiue temporalium. Veſtimenta antiqua, id eſt exem
pla ſanctorum patrum quibus ſuam induant nudita
tem,



tatem. i. conuerſationem, panes duriſſimos, i. aſperam
& duram pœnitentiam, qua interior homo nutri-
tur. Pſal. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes &c. qui Pſal.41.
panes bene dicuntur minutati, quādo, ſcilicet tot ſunt
punitiones quot ſunt culpæ, uel tot expreſſiones in cō
feſſione quot circunſtantiæ in peccato, & iſti bene
debent ſe fateri delonge ueniſſe, quia longe a peccato
ribus ſalus. Ieſus idem eſt quod ſalus. Sed quid? iſti
(ut dixi) iniqui reges Amorreorum qui amari inter-
pretantur, ſunt diaboli, qui ad amaritudinem primo
culpæ, dehinc pœnæ hominem nituntur inducere, &
contra hos Gabaonitas conuerſos inſurgunt, ut quos
tentatione ſuperare nequeunt, ſaltem tribulationem
frangant. Sed quid debet tunc facere homo, Recurre-
re certe ad ſubſidium ueri Ioſue, id eſt Ieſu, qui ue-
re nullum in tribulationibus. Pſal. Dum ipſo ſum in
tribulatione, eripiam eum &c. Sed poſſet cadere quæ
ſtio quare Deus iuſtis tribulationem immittat. Reſpō
deo hoc facit multiplici ratione. Primo quidē ut pur
gentur. Luc. Simon ecce Satanas expetiuit ut cribra Luc.22.
ret ſicut triticum. Exemplum de mari quod tempe-
ſtate purgatur. Secundo ne mundanis hæreant. Pſ. Ad
hæſit in terra uenter meus &c. Figura de coruo qui e
miſſus de arca, id eſt conſcientia paſcitur immundis.
Exemplum de muliere quę mſticat holera ne fundo
hæreant ac per hoc perdant ſuauitatem odoris, dulce
dinem ſoporis & uenuſtatem coloris. Tertio ad fugiē
dum tentationes ſuperbię aut carnis Exemplum de uē
to aquilonari qui conſtringit porros terræ ne nubes
tentationum ſuboriantur, clarificat aerem, conſcien-
tiæ, deſiccat humorem inordinati deſiderij &c. De
hoc figura Deutero 7. quare Deus uoluit cito delere
gentes & inimicos terræ promiſſionis, ne. ſ. leones. i.
dæmones per tentationes inſurgerent & terram con-
ſcientiæ facerēt deſertam. Quarto, ut homo uelocius Pſal.15.
currat. Nil nocet emiſſo ſubdere calcar equo. Pſ. Mul

tiplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſtea acce. &c. Quinto, ad terrorem peccatorum, ut cogitent quod deus finaliter faciet inimicis, qui amicos flagellat, 1. Pet. 4. Si iuſtus uix ſaluabitur, peccator ubi apparebit? Sexto, ne tribulationes putemus euenire propter peccata, ſicut putauerunt amici Iob. Septimo, ut augmentetur gratia. Hieronymus. Ignis flatu præmitur
Pſal. 9. ut creſcat. Pſal. Dum ſuperbit impius incenditur pauper. Sic igitur oportet filium hominis tradi &c. & eſt tribulatio neceſſaria ad ingreſſum Hieruſalem, & non eſt ad mortem, quia tertia die reſurget. Mater filiorum Zebedæi ſenſualitas eſt, uel mens humana. Iacobus corpus quod nititur animam ſemper ſupplantare. Supplantauit enim eam altera uice. Primo primogenit auferens, uitam. ſ. quę continuari poterat, & nunc ſecundo benedictionem nititur gratiæ ſubripere. Ioannes ſpiritus, in quo eſt gratia. Petunt igitur multi ut ſedeant. i. ut quiſcant, vnus ad dexteram boni ſpiritualis, alius ad ſiniſtram boni tēporalis, & mundanæ proſperitatis, ſed in ueritate tales non aduertunt quod dominus dicit, Poteſtis bibere calicem quem ego &c. Non aduertunt etiam ꝙ qui ducūt in bonis dies ſuos
1. Reg. 2. ad infra deſcenderunt, de quibus figura parua, j. Reg de Heli aſcendens. ſ. inordinate & ſine meritis. Sic uolebat hęc mulier filios ſuos aſcendere. Phinees os mutum, & os ſilens, ſpiritu. ſ. nimis conſentiendo operibus corporis, & contra tentationes minime reluctando. 2. Re. 19. Vſquequo ſiletis; Pſal. Ego autem tanqu ſurdus non audiebam &c. Et ſequitur. Nec habens i ore ſuo redargutiones. Ophni tabernaculum, ſignat corpus. Iob. 8. Tabernaculum impiorum non ſubſiſtet. Contra hos pugnant Phyliſtini, arcam dei capiūt id eſt conſcientię, moriuntur ambo filii, ſcilicet ſpiritus per culpam, & corpus per uitę ſubtractionem & ſic Heli fracta ceruice. i. proſtrata ſuperbia, & ad inferos detracta de ſella proprię libertatis, in qua uidelicet





cet ſenex ſedebat, cadit in obſtinationem, ut mortuus non poſſit amplius pœnitere. Grego. 11. li. Moral. c. 17. exponens illud Iob. 13. Et redigentur in lutum ceruices. Per ceruicem ſolet ſuperbia deſignari. Ceruix itaque in lutum redigitur cum ſuperbus quiſque humiliatur in morte, & elata caro tabeſcit in putredine. Et lib. 12. cap. 22. exponens illud Iob. 15. Cucurrit aduerſus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus eſt, ſic dicit. Pinguis ceruix eſt opulenta ſuperbia, affluentibus uidelicet rebus quaſi multis carnibus fulta. Potēs igitur iniquus pingui ceruice contra deum armatur, quia rebus temporalibus tumens contra præcepta ueritatis quaſi de magnitudine carnis erigitur. Ergo fractis ceruicibus ſuperbus retro ad modum Heli cadit retrorſum, quia a deo reprobatus &c.

## FERIA. V. DOMINICAE SEcundæ Quadrageſimæ, De peccatorum pictura, in Diuite Epulone & mendico Lazaro.

P*Ater Abraham miſerere mei. Lucæ. 16.*] Tria nobis dant fiduciam ad ſpiritus ſancti gratiam impetrandam. ſ. affectus uiſceralis quo diligimus, qa pater. Aſpectus generalis, quo protegimur. Abraham Defectus naturalis quo proſternimur, Miſere mei. Affectus uiſceralis quo ſumus adoptati. Pater. Aſpectus generalis quo ſumus collecti in unam familiā, Abrahā. Defectus naturalis quo ſumus infecti, miſere re mei. [*Homo quidam erat diues &c.*] Quantæ efficacię ſit mia, bene oſtendit Hieronymus in quadam epiſtola, ſic dicens. Non memini me legiſſe deſolatum, qui libenter opera pietatis exercuerit. Habet enim multos interceſſores, & impoſſibile eſt precibus multorum non exaudiri. Reuera multos pro ſe qui miſericordiā exercent, habent interceſſores, quia uiſcera miſerorū quæ recreātur mia eorū, rependūt ipſa mer mu-

nera quæ impéderunt. Talis enim cũ ad iudiciũ trahi
tur, ſtatim ab ipſa mĩa adiuuatur, quæ cõſtãter alle
gat pro ipſo &c. Sicut enim miſericors uix poteſt m
le finire, ſic crudelis & durus uix poterit miſericordi
inuenire, immo fiet iudicium ſine miſericordia ei
nõ fecerit miſericordiam. Et licet de hoc in ſacra ſcri
ptura exempla q̃ plurima habeamus, tñ ſingulariter
exemplũ proponitur in Euangelio hodierno, in quo
quattuor innuuntur, uidelicet.

Crudelitas feralis denegãtis ſubſidium, [*Homo quidã*
Diuerſitas finalis tolerãtis ſupplicium. [*Mortuus eſt*
Temeritas brutalis poſtulãtis remedium. [*Pater A*
*braham miſerere.*] Improbitas totalis replicantis elo
quium. [ *Rogo ergo te, pater, ut mittas eum &c.*]

Quantum ad primum ponit multa quæ crudelita
tem & obſtinationem adgrauant, uidelicet exceſ
ſum quem habet reſpectu ſui, & defectum quem ha
bet reſpectu proximi & Dei. Primo enim excedeba
ſiue erat deordinatus reſpectu ſui, in multis, cum d
citur [ *Quidam*, ] & nomen eius nominatur, quia di
uites a Deo non agnoſcuntur, Pauperem autem no
uit ex nomine. Primo deordinatus in ſuperbia & ua
na gloria, quia [*induebatur purpura.*] quę eſt indumen
regale. Secundo in carnis mollitie, quia induebatur i
ferius [*byſſo*,] quod eſt genus panni lini albiſſimi & d
licatiſſimi, quod linum naſcitur in Aegypto. Tertio
gulam, quam oſtendebat ratione quantitatis, qui
[*epulabatur &*] replebatur. Continuationis, quia [*quo*
*die*] ſine intermiſſione. Curioſitatis quia [*ſplendide*] i
delicate. Et ideo dicitur, [ *Induebatur*. ] ab illo, ſci
licet qui beneficia pręſtat, & tamen non recognoſce
bat, licet poſſet dici quod induebatur a peccato. O
quot induuntur hodie purpura, panno. ſ. intincto ſ
dore & ſanguine pauperis, quia induuntur rapina
furto, uſura, illicito lucro, ſed in ueritati omnis uiola
ta prædatio erit cum tumultu ſcilicet pœnæ, & ueſti

mentum



mentum mixtum ſanguine erit cum ſanguine in conbuſtionem & cibus ignis. Induuntur etiam byſſo, id eſt mundana crudelitate & gloria, quæ naſcitur in Aegypto, ut ait Beda. Ezechi. Byſsus uaria id eſt, de culpa multiplici maculata, de Aegypto, id eſt, de mundana gloria, texta eſt tibi in uelum, ut, ſcilicet nauis tua uento uanę gloriæ nauiget per mare huius mundi ut poneretur in malo, id eſt in intentione tua diſtorta. Hic igitur diues ſic induebatur. Secundo reſpectu proximi, de quo uide inferius Sed quod, [ *Erat ibi mendicus &c.*] Erat ( inquit ) quia non eſt, cum ſit de paupertate translatus ad gloriam, & ad Dei conſpectum ſic econuerſo diues ad inopiam. Et nota quod hic decem ponuntur grauantia culpam diuitis. Ezec. 17

Primo abundantia, Quia ipſe erat diues.

Secundo ſuperfluitas in ueſtibus & cibis.

Tertio quia pauper non niſi unus erat cui poterat faciliter ſubuenire.

Quarto, quia in extrema paupertate, ideo mendicus.

Quinto, quia uiribus deſtitutus, nec longius ire poterat.

Sexto, quia calamitoſus, ideo ulceribus plenus.

Septimo, quia illum habebat diues in præſentia.

Octauo, quia non cupiebat magna, ſed parua.

Nono, quia micæ quæ cadebant de menſa &c.

Decimo, quia canes obſequium pręſtabant cui homo ſubtrahebat.

Sequitur modo ſtipendium utriuſque, uidelicet calamitas quę obuenit ipſi diuiti, Chryſoſtomus. Audiuimus quid in terra utrique paſſi ſunt, audiamus quid utrique apud inferos patiãtur. Hęc calamitas fuit, qa ipſe amiſit bona naturæ, ſcilicet corpus mortuus eſt. Perdidit bona fortunę, diuitias, Diues. Acquiſiuerat pœnam æternam, ſepultus eſt in inferno. Ductus eſt ad dæmonium, &

 illuc

illuc eum traxerunt. Econtrario Lazarus me-dicus dimittit. Primo paupertatem, quia mendi-cus. Secundo calamitatẽ, quia moritur ut uiuat. Ter-tio portatur ab angelis, non ab uno, ut ait Chry-ſoſtomus, ſed a multis ratione maioris ſolennitatis, portatur in locum tranquillitatis qui fuerat in loco pœnæ, & in locum abundantiæ qui fuerat in loco mi-feriæ. Sequitur tertium, ſcilicet excæcata temeritas illius qui poſtulabat gratiam mortuus quam uiuens negauerat. Extremum digiti non minus poterat pete-re quam guttam aquæ ad refrigerandum linguã quã in menſa per loquacitatem laxauerat. Greg. Laxauerat ſuperbia, redditur diuiti, uice lyre ſonantis, gemitus, uice petus, deſiderium ſtillę, uice ſpectaculorum en-mium caligo profunda, uice ambitus, inceſſanter pe-uigil uermis &c. [ *Recordare fili.* ] Duplicem aſſignat cauſam Abraham ne ratione uindictæ uel odii uide-tur ipſi rem petitam denegare. Primo dicit hoc eſſe impoſſibile cum contradicat diuinæ iuſtitiæ, nam hæc aqua non datur niſi pro meritis, tu autem quod me-ruiſti in uita tua recipiſti. Dicitur uita tua, q̃a nõ fuit dei, nec illius deus particeps fuit. Secundo quia est chaos interpoſitum ut unus ad alterum non poſſet ac-cedere, non ad ſubueniendum ſolum, ſed nec ad com-patiendum, & econuerſo nec damnatus poteſt aſcen-dere ad beatum ad gaudendum. Hic nota quòd nunc eleuat oculos ad illum ad quem eos ante noluit in-clinare, iterum nunc audet inuocare Lazarum quem egentem audire noluerat, ſed notentur Abraham lingua, affectus, digitus, miſericordia. Compara-tur ſecundum Auguſtinum aqua diuinæ gratiæ & glo-riæ, quæ minimæ operationi debetur, quia illa ſatisfa-ceret ad refrigerandum damnatum, nam minima gutta aquę gratiæ ſaluum facit. Nota de uino quo inebriabatur diues, quomodo mordet quod dul-ce ſumebat &c. Sequitur. 4. ſcilicet replicata im-probitas,



probitas, ait, [ *Rogo te.* ] Hic attingitur argumentum quod pœna creſcat damnatis. Sed quid, Creſcit ne glo-ria beatis poſt egreſſum de corpore, credo quod non & ratio eſt quia Deus qui pronus eſt ad miſericor-diam tantum ſimul confert de gloria quantum per ſuc-ceſſum temporis quis meretur ſic. Prædicator mul-tos erudiens eſt cauſa ſalutis ipſorum, ipſis igitur ſalua-tis creſcit prædicatoris gloria ſic præuaricatori ſuppli-cium de illis qui ſuo uerbo aut ſuo opere ſunt dam-nati, ſed gloriam ſimul totam confert Deus, non ſic pœnam, quia non uult eſſe tam pronus ad iudicium ſi-cut ad miſericordiam. Sunt tamen qui præmium ac-cidentale augeri dicant. [ *Habent Moyſen & prophetas,* ] non Ciceronem & quintilianum, aut Senecam & Ari-ſtotelem. Cauſa quare mortui non apparent uiuis eſt iſta, uel propter multas illuſiones quæ ibi fierent, Dæmon enim aſſumeret formam defunctorum, & ſic falſis documentis duceret in errorem. Vel quia ex con-ſuefactione apparitiones uileſcerent, & tunc hominũ correctio non ſequeretur, quia tunc caderet eis ad maius peccatum. Vel quia nunc fiunt ſuffragia pro defunctis, quæ forte ſi apparerent, ceſſarent, puta ſi eſſent in ſtatu quòd eis talia non prodeſſent. Vel quia his etiã homines credere nollint. Vnde Hieronymus. Qui nolint credere prædicenti Chriſtum reſurgere, eius reſurrectionem credere noluerunt. Moraliter per hunc diuitem poſſumus Chriſtum intelligere, per Lazarum peccatorem adaptando quid dicatur de diuitiis & gloria eius per ordinem. Vnde Apoſtolus ad Roma. 10. Ipſe diues in omnes qui inuocant illum Prouerbio. 8. Mecum inquit ſunt diuitiæ & gloria. Omnes theſauri patris repoſiti ſunt apud eum, ſe-cundum Apoſtolum. Pſalm. Gloria & diuitiæ in do-mo eius induitur autem purpurã & byſſo, & hoc quã-tum ad humanam naturam propter innocentiam eius & puritatẽ, & nitore incõparabili. Si eius paſſio-nem Pſa. 111

nem conſidero,ipſe proculdubio indutus purpura u
ſtimento intincto,ſcilicet ſanguine piſcis qui in aq
huius mundi.i.in afflictionibus totus natauit. Qua
Iſa.63.Rubrum eſt indumētum tuum. Ezech.27.Hy
cinthus & purpura facta ſunt operimentum tuum.
Hyacinthus qui eſt coloris cælici,ſignificat puritat
& munditiam per quam cæleſtibus conformamur.
Vel referendo ad diuinitatem prout eſt ueſtimentu
regium, byſſum uero ad humanitatem,Epulari quo
die.Eccleſ.30.Splendidum cor boni in epulis. Iſa.5
Venite & emite abſque argēto,& abſque ulla comm
tatione uinū & lac.Quare appenditis argentū non
panibus,& laborem ueſtrum non ſaturitate? Audi
audientes me & comedite bonum & delectabitur i
craſſitudine anima ueſtra. Sed menſa eius eſt copi
& affluentia bonorum ſpiritualium. Vnde ipſe loqu
*Luc.22.* tur Luc.22.Ego diſpono regnum ut edatis & bib
ſuper menſam in regno meo. Vnde Prou.8.Sapien
tia.i.Chriſtus immolauit uictimas,miſcuit uinum
poſuit menſam ſuam. Mēdicus ſignificat peccatore
qui in agro pœnitentiæ torpore & acidia labora
Prouerb.20.Propter frigus piger arare noluit, men
dicabit in æſtate & non dabitur ei.De iſtis mendic
mandatum fuerat.Deuteronom. 16. Omnino men
cus & indigens non erit inter uos. Hic iacet, ſcilic
2.*Re.*20 in ſanguine peccatorum. 2. Reg. Amaſa conſperſ
ſanguine, & iacebat in uia quæ ducit ad perditi
nem. Amaſa indignatio domini interpretatur,
*Iud.*14. Iudith.14.Ecce Holophernes iacet in terra, & cap
eius non eſt in illo. Holophernes interpretatur in
firmitas deſcenſionis, & ſignificat peccatorem, q
dum ab ipſa deſcendit gratia, infirmatur. Pro
ſtratus igitur iacet, & caput id eſt Chriſtus non e
in illo. Tunc iacet extra ædem quando peccatu
prodit ex cogitatione in opus, ulceribus plenus
ideſt peccatis, in cute turgentibus, ideſt in con
uerſatione,



uerſatione, ut ſint publice manifeſta.Pſalm. Putrue-
runt & corruptæ ſunt &c. & Iſai. 1. A planta pedis
uſque ad uerticem non eſt in eo ſanitas. Hæc ul-
cera horrenda debent hominibus nauſeam & hor-
rorem incutere, canes autem ideſt contra Deum la-
trantes lingunt ea, ſcilicet dum non corripiunt, ſed
laudant. Iacet extra ſcilicet conſcientiam, micæ ca-
dunt de menſa, ideſt bona temporalia quæ cadere fa-
ciunt, primo in culpam, deinde in pœnam. Sed
nunc hic cadunt dubia, ſi intelligamus per diuitem
Chriſtum, per Lazarum peccatorem. Primo enim
quomodo ueritatem continet quòd diues ſepeli-
tur in inferno, Pauper uero ab angelis &c. Secundo
quis eſt ille cruciatus quem patitur diues. Tertio quid
eſt illud refrigerium ſeu ſubſidium quod petit. Quar
to quæ eſt reſponſio quæ ipſi datur. Ad primum di
cetur quòd Chriſtus reſurgens a mortuis iam non mo
ritur, in ſe uidelicet, moritur tamen & infirmatur
in conſcientia peccatoris. Vnde Apoſtolus ad Hebr. *Hebr.6.*
Concrucifigentes ſibimetipſis filium Dei, oſtentui ha
bentes. Sed quid infernus in quo diues iacet mortuus?
Reſponſio quòd eſt abominabilis conſcientia pecca-
toris. Nam hic uocamus infernum locum tenebro-
ſum, locum horroris, habitationem dæmonis, lo-
cum confuſionis. Hæc omnia continet conſcientia
peccatoris, locum diſcordiæ, locum continui tumul-
tus, locum continui prælii. Hæc omnia ſunt in
conſcientia peccatoris. Sinus Abrahæ, mundus iſte
Angeli mali portant ipſum &c. Ad ſecundum quòd ſi-
tit ſalutem noſtram. Sitiebat enim & inflammaba-
tur in cruce, quando dicebat, Sitio non enim conque
rebatur de pœnis corporalibus, ſed ſolum de iſta ſi-
ti quæ æſtuanti procedebat ardore. Vel aliter, cru-
cias Chriſtum ardore inordinati deſiderii quod in
tua mente portas. 2. Petr. 2. Animam iuſti iniquis ope
ribus cruciabant. Illum inquam iuſtum de quo Cen
turio.

turio. Vere hic homo iuſtus erat. Ad tertium, q pe
Chriſtus a patre ut minimum digitum. i. minimum
ſcretionis opus faciat peccatori, quo gratia ualeat
hauriri ut refrigerium, i. gaudium præſtet ipſi. Vel p
ſet digitus humilitatem ſignare &c. Ad quartum q
ſponſio quæ datur ei cum dicitur, [ *Fili recordare &c.*
quaſi dicat pater Chriſto, impoſſibile eſt q Lazaru
ſcilicet peccator ſit poſitus in ſinu Abrahæ, hoc eſt
in mundo ſic mortuus per culpam poſſit uenire ad
propter mala, ut ſit ſuperius ſcilicet propter iuſtitia
& propter chaos. Et rogat diues ut mittat in dom
patris: Habeo &c. i. rogat peccatores uniri & reuoca
per gratiam ut reuertantur in domum patris, de qu
ipſe dicebat Phariſæis: Nolite facere domum patr
mei domum nego. Habet quinque fratres Chriſtu
qui ſunt corpus eius, ſenſibilitas, modeſtia, pœnite
tia, & caſtigatio. Vel qui in fide trinitatis ſeruan
duo charitatis præcepta, ut ſint duo in tribus, & tri
in duobus. Ad hos igitur conteſtandos vult Chriſtu
Lazarum mitti ut & ipſi caueant &c. Sed quid dic
pater? Habent Moyſen &c. Aliter poteſt moralite
exponi. Diues iſte peccator, qui eſt ingratus, qui
diues, & non in gratia, ſed in culpa. Micheæ.6. Diui
tes eius repleti ſunt iniquitate. Hic induitur purpu
ra. i. merito paſſionis Chriſti, qui fuit piſcis nata
in mari huius mundi, cuius cruore hoc ueſtimentu
eſt intinctum. Induebatur & byſſo, quia uirtute paſ
ſionis Chriſti, & uirtute baptiſmi iuuabatur, reſtitu
tur peccatori innocentia. Omnes amici eius ueſti
ſunt duplicibus. Prouerb. vltim. Hic ſplendide &
continue epulabatur in menſa execrabili huius mun-
di, inde diabolus hominem inebriare conatur, de qu
*Pſal.*58. menſa Pſalm. Fiat menſa eorum coram ipſis in laque
&c. De hoc figura Dan.1. de rege qui præcepti Apha-
nes, ut introduceret de ſemine regio &c. Rex Babylo-
nis, dæmon qui eſt rex confuſionis. Aphanes, ſecun-

tas



s gratiæ, id eſt præſumptio de diuina miſericordia,
hic eſt princeps euunchorum. i. nolentium opera
iſericordiæ producere. Huic igitur mandat rex, ut
troducat de ſemine regio, ſcilicet ſuperbiæ & uanæ
oriæ mundanæ & tyrannorum, pueros qui in hoc
undo pueriliter uiuunt, & nutriuntur de menſa Re
s, ſcilicet de uiuo mundanę concupiſcentiæ, & de ci
s id eſt operibus prauis, ut eruditi lingua mundana
ſapientia ſtulta & reprobata huius ſeculi poſſint ſta
coram rege id eſt ſe dęmonis obſequiis mancipare.
uper Chriſtus eſt, quia filius hominis non habet
i caput ſuum reclinet, mendicus eſt manu indicans
petens a te beneficium, tunc enim manu tibi indi-
tquando dibi dicit. Videte manus meas & pedes *Luc. 24.*
eos, quia ego ſum qui feci uobiſcum miſericordiã,
ideo ſunt perforatę. Vlceribus plenus eſt Iſa. 53.
Vidimus eum & non erat aſpectus &c. ita & nos
reputauimus eum quaſi leproſum & percuſ
ſum a deo & humiliatum. Hunc igi-
tur uides continue extra por-
tam cordis tui iacentem,
nec illum vis intro-
ducere. Apoca-
lyp. Ego
ſto *Apo.3.*
ad oſtium & pulſo. Cupit ſatiari
& refici de micis, id eſt ſal-
tem de paruis operi-
bus bonis ſi-
bi dari
&c.

FERIA

# FERIA VI. DOMINICÆ Secundæ Quadrageſimæ, De ſpirituali uinea, ſub parabola uineæ Agricolis locatæ.

D*Abitur genti facienti in fructu eius*.] Matth. 2 Gratia diuina quemque facit hominem r gnare, & uitijs dominari, & regnum Dei cari, quia

Impenditur gratioſè, ideo, Dabitur.
Oſtenditur operoſè: ideo Genti facienti.
Colligitur fructuoſè: ideo Fructum eius.

*Dabitur genti &c.*] Secundum quòd ait Ber. in Se mone quem facit in capite ieiunij, ſicut ſi aqua flumi nis ſtare cœperit cito putreſcit, ſic plane gratiarũ ce ſat diſcurſus ubi non fuerit recurſus. Eccleſiaſtes. 1. loco a quo exeunt flumina &c. Vere hoc modo nih augetur ab ingrato, ſed quicquid acceperit ei uerti in perniciem. Et licet de hoc quamplurima exemp habeamus, ſingulariter tamen nobis proponitur exe plum in Euangelio hodierno, in quo quatuor innu tur, ſcilicet primo.

Benignitas irrogationis. [*Homo quidam plan.ui.*
Iniquitas retributionis. [*Alios occiderunt.*
Seueritas condemnationis. [*Malos male perdet.*
Congruitas adaptationis. [*Nunquàm legiſtis &c.*

Quantum ad primum tangit tria quæ erant ipſi uineæ. Seruiebant autem uineæ tria, uidelicet ſeps, to cular, & turris ad conſeruationem ipſius uineæ, qu ſeps arcebat beſtiarum incurſus, turris hominum inſe ſtationem, torcular ſeruiebat ad colligendum fructi Hæc uinea allegoricè fuit, populus Iudaicus. Seps eius angelorum cuſtodia, quibus a gentibus protecti fuerunt, ſicut patet in pugnis, quas pro eis dominus fecit. Turris fuit ſublimitas legis, ſecundum quam ſi uigilare uolebant, poterant hoſtium infeſtationem proſpicere. Torcularia ſunt prophetæ, in quibus præmiſſis uaria exprimebantur, ſcilicet uarijs uerbis legis ſpiritualis, & myſticus intellectus paſſionis Chriſti. Quod autem addit. Peregre profectus eſt, hoc dicit quia Deus poſtquam hanc uineam plantauit, eam reliquit arbitrio proprio &c. Quantum ad ſecundum ponitur fructus huius uineæ. Expectauit enim Deus tempus debitum, & tunc miſit agricolas colligere uel accipere fructum. Miſit autem nuncios quamplurimos, & iſti fuerunt male tractati, quia quidam fuerunt lapidati, ſicut Stephanus. Vnde Moyſes. Populus (inquit) iſte, Iudaicus duræ ceruicis eſt &c. Quidam cœſi perſecutionibus, quidam occiſi ſunt Iraias, & Hieremias. Secundo nuncios, ſcilicet duodecim prophetas, ſed & illis fecerunt ſimiliter. Nouiſſimè, & tertio miſit filium ſuum Chriſtum, quem eiecerunt extra uineam quia ad literam extra Hieruſalem. Iterum extra uineam quia dicebant ipſi, Dæmonium habes, & Samaritanus es, id eſt transgreſſor legis, & occiderunt eum, uolentes habere hæreditatem Vnde dixerunt, Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? Si dimittimus eum, omnes credent in eum, & tunc uenient Romani, & tollẽt locum noſtrum. *Ioan. 11* Ecce quomodo uoluerunt habere hæreditatem. Et ideo hæc uinea fecit fructus amaros ſicut dixerat Moyſes. Deuteronomij. Vua eorum uua fellis & botrus amariſſimus. *Deu. 32.* Quantum ad tertium ponitur ſeueritas condemnationis, ubi Chriſtus eos propria ſententia, & proprio damnat ſermone ut patet in litera. Quantum ad quartum explicat, & aptat parabolam ad propoſitum ſuum, quia illi non intelligebant, quòd Chriſtus de eis loqueretur. Lapis iſte Chriſtus eſt. Supra ipſum cadit Chriſtianus, quia habet Chriſtum

ſtum pro fundamento,dadit autem hic lapis ſuper il-
los qui fidem non recipiunt. Nota in ædificio anim
noſtrę ponuntur exempla ſanctorum ut fortitudo qu
ſi lapis ſolidus, uel quaſi columna ad ſuſtentandum
Apocalyp. Qui uicerit faciam columnam in templo
*Apoc.3.* Dei. Patientia quaſi lapis quadratus multis tunſioni
bus.1.Pet.2.Et ipſi tanquam lapides uiui ſuper ędifica
ri idoneos ſpirituales. Humilitas quaſi oſtium &c.
quaſi trabes ad ligandum parietes. Vaſa autem ſunt
peccatores &c.qui quaſi uas inane. Hieremi.51.Co
medit & deuorauit me Nabuchodonoſor Rex Baby
lonis, reddidit me quaſi uas inane. Nabuchodonoſo
ſedens in anguſtia interpretatur.De impiis non pote
fieri paxillus.i.ſuſtentaculum alicuius ſpei, ut per ip
ſum etiam poſſimus peccatores ſuperare. Moralite
uinea iſta eſt homo uel anima.Iſai.5. Vinea facta eſt
lecto meo. Et quia omnis transformans ſe ſecundu
aliquam ſimilitudinem ſe transfert, uideamus quæ
ratio ſit ſimilitudinis. In duobus autem conſiſtit ſimi
litudo ſcilicet in cõditione ſtatus, & in prouectione
ue ductione fructus. In conditione inquã ſtatus, qui
ſicut uinea indiget cura multa ſi debeat fructum face
ſic homo &c. Et ſicut uinea ſuper omnia ligna ſtati
efficitur ſylueſtris ſi nõ colitur,ſic homo.Et uide quo
non ſic beſtia cadit a ſua natura ſicut homo.&c. Iſa.
Auferam ſepem eius,& erit indireptionem, diruã ma
ceriam eius & erit in conculcationem, & ponam ea
deſertam,non putabitur & non fodietur, & aſcende
ſuper eam uepres & ſpinæ. Item uinea nõ fructifera
hil ualet niſi ad comburendum.Ezech.15.Fili homin
*Ezec.15.* fient ligna uitis ad cõburendum. Et ex omnibus lign
nemorum quæ ſunt inter ligna ſyluarum nunquam to
letur de ea ut opus fiat aut fabricetur de ea paxillus,
dependeat in ea quodcunque uas.Ecce igni hoc lignu
datum eſt in eſcam, utranque partem eius conſump
ignis. Vere homo deo non fructificans ad nihil aliud
ualet



ualet niſi ut fiat eſca ignis. Non ſic de aliis beſtiis,
quia de ſerpente fit theriaca. Item nota ſimilitudi-
nem ratione fructus, quia quando uinea eſt bene
culta nullius arboris fructus poteſt ei adæquari, ſic
nec hominis bene culti fructibus. Hanc uineam Deus
plantauit in loco uberi,quia in loco delitiarum, ſed
inde euulſa per dæmonem tranſplantata eſt in Aegy-
ptum peccati,et quia non fuerat in loco ſolido tran-
ſplantauit eam filius Dei in ſua diuinitate quando
ſcilicet ſibi eam uniuit.Hanc uineam Deus uallauit
muro & antemurali, quod eſt temperantia ſiue mo
deſtia ad ipſam namque pertinet primos inſultus re-
primere ne ſcilicet faciliter hac uineam lupus ingredia *Palſ.79.*
tur. Pſalm. Exterminauit eam aper de ſylua, & ſin-
gularis ferus &c. Et quia interdum modeſtia ipſum
tari non poteſt, idcirco poſt ipſam immediate po
tus eſt murus fortitudinis,qui frangi non poſſit,non
fortitudinis corporalis quæ habetur a beſtiis, ſed
mentis & animæ,quæ non concutitur ex aduerſis ter
o.Reg.13.Aedificauit murum per circuitum &c. Di *3.R.13.*
autem, Extruxit in ea torcular, quia iuſtitia de-
t eſſe ſemper cum humilitate, aliter acciperet
te ſibi alquid ultra. Torcular eſt iuſtitia, quæ
emit omnes uuas.Nota uuæ ſunt delectationes,qua
m quædam albæ,quia ſpirituales, quædam nigræ,
ia temporales. Omnes autem præmuntur in
rculari iuſtitia, uinum ex eis rubrum, ideſt cha-
tatis exprimitur dulcedo, fæcibus utique procul
lſis. De hoc torculari Iſa.5. Torcular extruxit in
. Turris eſt prudentia, uulgariter enim prudentia
t lux directiua &c.& eſt diſcretio.Hæc eſt turris Li-
ani,quæ candidatio interpretatur. Canticor. Quia *Cant.7.*
andida & clara eſt prudentia, & nunquam mar-
ſcit, contra Damaſcum, ideſt contra peccati
tationem.Damaſcus interpretatur propinans ſan-

guinem, ideſt peccatum, & eſt tentatio quæ peccatu
generat, uel Damaſcus ſanguinis poculum &c. I
hac turri ſpeculatrix eſt prouidentia memoria, & in
ſpectio &c. quæ ſunt partes prudentiæ, principal
eſt prouidentia. Qui ſi dicas, muliere armaſti, &
muniuiſti hanc turrim, quare eam mulieri commi
ſti? Reſpondeo, immo ipſa eſt quæ dat tibi uictori
de hoſtibus. Iudicum 4. In hac uice uictoria non
putabitur tibi, quia in manu mulieris tradetur Si
ſara, ideſt excluſio gaudij, ſcilicet dæmonis. Iudi
cum. Per manum fœminæ percuſſit illum domin
*Iudi. 13.* Deus noſter. De hoc figura Iudicum 9. de Abim
lech qui expugnabat oppidum ſiue ciuitatem Th
beam, in qua turris alta, ad quam confugerant c
ues &c. Vide hiſtoriam Abimelech, ideſt patris m
regnum, diabolum qui regnum Dei ſupplantare m
titur fratribus interemptis, ſignificat, hic oppugn
bit oppidum Thebes, quæ facta mea interpretatur,
eſt anima, uel conſcientia in qua facta & merita co
locantur. Turris eſt prudentia ſiue diſcretio, ad qua
oportet confugere, propugnaculum eſt circunſpecti
in quibus oportet homines commorari ſi uolunt p
gnare cum dæmone. Mulier quæ fragmen molç
ſuper iaciens illiſit capiti Abimelech, & confregit
rebrum eius, eſt prouidentia, quæ debet uidere
la quæ procul ſunt quæ ſcilicet uentura, uel quæ p
cul uenire poſſunt. Procul quidem non proſpera
lum ſed & aſpera &c. Igitur dum Abimelech niti
ſupponere ignem, ideſt feruorem inordinati deſid
rij, & fumum facere, ideſt uanamgloriam immit
re, quæ licet ad modum fumi cito euaneſcit, tam
interdum excæcat oculos ſapientum. Debet igit
hæc mulier molam, ideſt Chriſtum, ut exponit P
trus Damaſcenus in epiſtola de continentia cleric
rum. Eſt enim ut idem dicit, lapis ille de quo loq
tur



ur euangelium præſens, quòd ſuper quem hic lapis
dit, confringet eum. Tunc autem mulier, ideſt
ouidentia hunc accipit lapidem quando conſiderat
ueritatem diuinæ ſententiæ, & tunc percutit, &
ngit caput Abimelech, ideſt dæmonis, & ſic oppi
um liberatur hoc eſt uinea ſic murata. Sed proh
lor quid dicit Hierem. Ego (inquit deus) plan- *Hier. 5.*
uite uineam electam, omne ſemen uerum, quia
minaui temporalia, corporalia, & ſpiritualia, quo
odo inquit igitur conuerſa es mihi in prauum uinea
ena? Nonne conuerſa eſt in prauum quæ nuncios
mini perimit, & extinguit? Nota primi nuncij
t lex naturæ quam habes ſcriptam in mente. Iſti
ncij nunquam uenient niſi tempore debito, quia
nquam niſi poſtquam homo uenit ad annos diſcre-
nis, tunc incipiunt fructum petere, ſed iſti peri-
ntur dum ſcilicet rationis iudicium per paſſionem
quam delectationis, iræ, ac ambitionis excęca-
. Secundi ſunt diuina præcepta, & iſti ſunt plu-
. Iſtos nuncios Deus mittit quando ſtudendo, uel
diendo informaris, ſed de iſtis adhuc peius agitur
m de primis. Tertio mittitur filius Dei, dum ſcili-
tibi occurrit crucifixus pro te ante oculos cordis
ſed in ueritate tu facis peius quàm fecerunt iſti de
bus in euangelio, quia ſaltem iſti permiſerunt in-
re uineam licet poſtmodum eiecerunt, ſed tu nul-
modo permittis, quinimmo ipſum perimis ante-
m huic uineæ per inſpirationem ualeat propinqua
& ideo timendum iudicium quod ſequitur: [*Malos
le perdet, & uineam ſuam dabit alijs cultoribus qui ſa-
t fructum eius:*] quia tradetur peccator finaliter in
num inimici. Et ſi dicas, quem fructum faciet
bi dæmon? Reſpondeo quòd faciet fructum iuſti-
, & uindictæ, quæ eſt fructus in quo dominus de-
tatur. Iſtis fructibus finaliter Deus paſcitur, qui
odo paſcitur fructu miſericordiæ, ideo &c. Vel po-

 teſt

Pſal. 79. teſt dici quòd uinea eſt eccleſia catholica, quam Deus ſingulariter plantauit. Pſal. Plantaſti radices eius, & impleuit terram. Murus eſt robur, & magnitudo potentiæ. Hierem. 1. Ecce ego dedi te hodie in ciuitatem munitam, & columnam ferream. Torcular eſt curſus mercationum de quo exprimitur uinum deliciarum, & multarum commoditatum. Prouerb. Vino
Prou. 3. torcularia redundabunt. Turris eſt celebritas, quæ eſt undique diuulgata. 1. Parali. 14. Diuulgatum nomen eius in uniuerſis regionibus. Muri eius ſunt peccatis. Turris ſuperbia, & hæc turris confuſionis ubi confuſum labium. Gene. Ex hac ſuperbia, quia
Gen. 11. unuſquiſque uult alteri præeſſe, confuſa eſt lingua. Vnus enim loquitur de oppreſſione proximi, alius uſuris, alius de falſis contractibus. Immo uere confuſum eſt labium, quia unus alium intelligere non poteſt. Dicant & narrent hi qui uadunt ad curiam ubi cauſæ proponuntur. Torcular eſt uiolentia quæ pauperibus infertur, ubi præmitur ſanguis uiduarum, pauperum, & pupillorum, torcular crudelitates, & odia quando fiunt indebite ſuper innocentes, immo in hoc torculari calcatur miſerabilis communitas, quæ exar uit, & ideo tim ndum eſt iudicium quod ſequitur: [*Malos male perdet*] ideſt malo pœnæ cum tradiderit eos in manu Romanorum.

SAB-



## SABBATO DOMINICAE Secundæ Quadrageſimæ, De ſeptem miſericordijs Dei, peccatori exhibitis.

*Fili tu ſemper mecum es, omnia mea tua ſunt &c.*] Lucæ. 15. Tria inter alia habet nobis diuina gratia procurare, uidelicet

Paternam dilectionem. Fili.

Perfectam coniunctionem. Tu ſemper mecum es.

Stupendam poſſeſſionem. Omnia mea tua ſunt.

Idcirco proferte ſtolam primam, & induite eum.

Propter tria debemus fidentius accedere ad diuinam gratiam poſtulandam, uidelicet

Propter celeritatem ſubuentionis. Cito.

Propter nobilitatem impenſionis.

Afferte ſtolam primam.

Propter formoſitatem conuerſationis.

Induite illum &c. Secundum quod ait beatus Auguſtinus Homil. 15. ſuper Ioannem, ante Dei oculos nunquam eſt uacua manus a munere ſi arca cordis repleta eſt bona uoluntate. Qui hoc ſit uerum experientia manifeſtat. Vnaquaque enim uirtus tanto efficacius, & delectabilius operatur, quanto ipſa eſt perfectior. Diuina autem miſericordia infinitæ eſt perfectionis, quia miſericordiæ eius non eſt numerus neque finis. Igitur tanto efficacius operatur, & per conſequens nũquam manus domini eſt uacua a munere, dummodo ad eum humana ſuſcitandi fragilitas ſe diſponit. Et quòd ita ſit, nobis expreſſe innuit euangelium hodiernum in quo quattuor innuuntur uidelicet Transgreſſionis caſus. [*Homo quidam.*] Reuerſionis modus. [*In*

 ſe

*ſe autem re.*] Compaſſionis,& ſucceſſionis actus.[*Vi-*
*det eum pater.* ] Dilectionis nutus ſeu nexus , [*erat au-*
*tem filius.*]

Quantum ad primam partem tangit euangeliſta
multa , uidelicet quomodo filius prodigus quæ ad
eum pertinebant poſtulauit, & obtinuit partem ſub-
ſtantiæ.Secundo quomodo ille a patre longius diſceſ-
ſit.Tertio quomodo prædictam partem conſumpſit.
Quarto quomodo poſt conſummationem indiguit.
Quinto quomodo ſe ſeruili mancipauit obſequio.Sex-
to quomodo eſuriens refici non ualebat,&c. Narra hi-
ſtoriam.Moraliter hic filius prodigus licet generali-
ter poſſit omnem peccatorem ſignare, ſpecialiter ta-
men arrogantem ſiue præſumptuoſum ſignificat, qui
proprijs uiribus uult innitti,ut bene euangeliſta inſi-
nuat,in duobus.Primo quidem in facto , quia ſcilicet
a patre partem ſubſtantiæ ſibi debitę poſtulauit.Tunc
enim homo a Deo partem petit ſubſtantiæ quando
proprijs uiribus vult inniti.Secundo in ætate,quia ado-
leſcentior,& per conſequens ineptus.Reuera qui ui-
ribus proprijs uult innitti ac relinqui propriæ uolun-
tati , uel libertati , inexpertus eſt , quia neſcit adhuc
quid ſit cum dæmone dimicare . Contra tales loqui-
Hier. 17 tur dominus Hierem. Maledictus homo qui confidit
in homine,& ponit carnem brachium ſuum , & a do-
mino recedit cor eius. Eritq; quaſi mirice in deſerto
&c.Et quia proprijs uiribus inniti eſt a Deo recede-
re,idcirco bene ſequitur , quòd peregre profectus eſt
in regionem longinquam.Dno dicit Euangeliſta, ſcili-
cet receſſum , & acceſſum.Recedit inquam,quia Pſal.
Pſal. 5. Neque habitabit iuxta te malignus , neque permane-
bunt iniuſti ante oculos tuos . Iniuſti ſunt qui attri-
buunt fortitudinem ſibi quam non habent. Quia for-
titudo, & laus mea dominus,& factus eſt mihi in ſalu-
tem.Secundo de acceſſu,quia ad regionem longinquam
Vere longinqua quando ad Dei obliuionē accedit.Et
Deut.



Deut.32.Deũ qui te genuit dereliquiſti,oblitus es &c.
A lege aũt tua longe facta ſunt.Vnde ꝑꝑ talē obliuio-
nē uocatur hæc regio lōginqua,& umbræ mortis. Iſa.
9.Cũ habitantibus in regione umbræ mortis, lux or-
ta eſt eis.Et ſic uidimus acceſſum,& receſſum.Nunc ui-
deamus profectũ,& mercationē quas ipſe fecit , lucrũ
inſuper qđ reportauit . Reuera reportauit lucrum qđ
dixerat Hiere.17.Dñe oēs qui te derelinquunt,cōfun-
dentur,recedentes a te in terra ſcribentur,qm̃ dereli-
querunt uenâ aquarum uiuentium,dominum. Venam
dicit aquarum uiuentium derelinquũt , quia ad inſtar
aquæ tunc dicitur gratia gratis uiua quando fonti cō
tinuatur a quo oritur &c.Vnde dicitur, ꝙ iſte diſſipa-
uit bona ſua . Lucæ. Diffamatus eſt apud illum &c. Luc.16.
O quot cum iſtis mulieribus impudicis bona ſua diſ-
ſipant,& conſumunt.Iſte namq; mulieres ſunt Sirenę
quæ cęcant oculos ſapientum,mundanę ſcilicet & cor
porales uoluptates, & gaudia terrena.2.Reg.11. De-
prauatum eſt cor Salomonis per mulieres.Adhęſit mu
lieribus alienigenis , ideſt mundanis delectationibus,
non mulieribus de populo Dei, quia illæ ſunt delecta
tiones uirtutum.Vnus enim luxuriatur cum diuitijs , 3.Reg.11
alius cum honoribus , alius cum uana gloria , & cum
his diſſipant omnia a Deo collata eis,expendunt tem-
pus,expendunt cor per continuã cogitationem . Vnde
Iob.9.Ignis,ſcilicet tēporalis & corporalis ſollicitudo
eſt uſq; ad conſummationem deuorans . Et hic debet
exprimi de his talibus quomodo non ſatiant ſed accen
dunt,& quomodo aut deficiunt nobis aut nos ipſis.
Vnde Auguſtinus libro Conf. Feciſti nos domine ad
te &c.Dicitur etiam Prouer.Qui diligit epulas, in ege Pro.21
ſtate erit . Et abijt & adhæſit uni ciuium regionis il-
lius.Abire eſt peccatum iterare.Hiere. Quam uilis fa-
cta es nimis iterans uias tuas.Adhærere, ex iteratione
cōſuetudinem inducere.4.Reg.3.Ioran, qui riuus ſiue
fluxus interpretatur doni, ſcilicet diuini , ſignificat

 pecca-

2.Reg.ubi dicitur,quòd Dauid & robuſti Iſrael cū acceperunt arcam Dei de domo Aminadab quæ in Gabaa,ut illam inducerent in domum Regis & poſuerunt illum plauſtro nouo, Oza uero, & fra- eius minabant plauſtrum nouum. Cum uero per- ſſent boues ad aream Chidon ſeu Nachor, cœpe t inſoleſcere boues,& calcitrare & arcam declina ad caſum,timenſque Oza ne arca caderet, extendit nū ut ſuſtentaret eam,& cum non eſſet mundus ſe- dum legem,dñs propter temeritatem interfecit eū dem. Arca domini lex diuinorū præceptorum eſt,q̄ uid manu fortis ideſt deus,& uniuerſi principes,id angeli , imponunt plauſtro bouum.i.iugo legis col ſubmittendo , ut hanc arcam deducant de domo minadab.i.de ſpontanea uoluntate , quæ eſt in Ga- a.in ualle huius mundi,& in prouectiuo peccati , erducant eā in domū Regis æterni.Oza uidens in pretatur & fortitudo,& ſignificat illos quibus offi m correctionis incumbit,in quibus debet eſſe di- tio maturitatis ut uideant,perfectio etiam uitæ ut fortes in perferendo quæ aliis imponunt . Sed d interdum arca declinauit plauſtrum peruenienti bobus ad aream. Nachor. i. ad curiam mundani ffectus.Nachor enim præparatio iracundiæ interpre tur.Et tunc indeſcretus Oza dum non eſt mundus,ſe dum legem,dum arcam humeris ſuis non portat , tamē præceptum eſſet ꝙ ſacerdotes præcederent po lum arcam domini portantes , extēdit manū corre- onis ut ſubleuaret arcam quam alius portat & tunc

O 2 dominus

dominus iratus contra eum ibidem interficit eũ.Im
putat ipſi ad peccatum.Secundũ eſt lenitas non nimi
aſperitas,de hoc ſupra,ubi ponitur exemplum de ma
ria furioſa.Nota oẽ peccatum ut in pluribus prouen
ex materia furioſa magna namque furia eſt inſurgen
contra medicum &c.ſicut ſupra . Similiter Numero
Nu. 12. rum.12.dicitur quòd Maria ſoror Moyſi, quia ipſum
aſpere corripuit,percuſſa eſt lepra.Tertium eſt, cha
tas,quia amor debet te trahere,nõ odiũ.Quartum e
utilitas.ſ.quando correctis prodeſſe poteſt,quia ſi ui
des certitudinaliter nihil prodeſſe,ſed magis obeſſe
debes deſiſtere. Exemplum de medico qui non deb
infirmo deſperato inducere grauedinẽ medicinæ, ne
breuiter aliquid quod languorem augeat & accelere
mortẽ.Eſt tamen aduertendum ꝙ prælatus non deb
a publica correctione ceſſare quantuncunque illa
nociua ei quem corripit,quando eſt aliis proficua &
lubris, & ſubtractio correctionis eſſet occaſio ſcãdal
Secus autem eſt de correctione priuata.

Quantum ad ſecundum principale dicit[*Quæcunq*
*alligaueritis ſuper terram.*]Vnde nota quòd non dicit
terra,quia illa poſtmodum ligantur ſubtus terram,
eſt in loco pœnarum,ſed ſuper terram ſcilicet uincul
charitatis quo omnia diliguntur in deo, omnia tal
erunt ligata,ideſt approbata in cœlis.Nota quòd mu
ti in terra ſunt qui nec ſe diſſoluere poſſunt,nec ab
liis uolunt diſſolui.

Quãtum ad tertium principale,[*Si duo ex uobis &c*
Ad literam de omni re,non de uanitate fiet illis.Ra
eſt,quia in medio eſt Chriſtus ſicut uita & ſicut co
quia uitam gratiæ adminiſtrat,& ſicut medulla in a
bore uirtute cuius radices humorem trahunt, ſic ui
tute Chriſti,radices cordis noſtri trahunt humore
diuinæ gratiæ. Aliter tamen ſecundum Hieronymu
poteſt exponi.[*Si duo ex uobis,ſcilicet*]corpus & anima
ſiue corpus & ſpiritus.Vnde iſti figurãtur hodie in Ep

ſtola



ola Euãgelii.Nota hiſtoriã.Mulier uidua anima,duo
lii corpus & ſpiritus,& creditor diabolus qui uult ut
lii ſeruiant.Heliſeus Deus ad quem anima debet re-
rrere,ideſt uires corporales & ſpirituales ſiue inte-
iores.Debet igitur mulier claudere oſtium,ſcilicet dę
oni infeſtanti tentatione & filios captiuare uolen-
,& accipere uaſa ut corpus & ſpiritus offerant & illa
pleant &c.

## ERIA IIII. DOMINICAE tertiæ Quadrageſimæ De humanis conſtitutionibus.

*Onora patrem tuum & matrem tuam Matt.15.*]Vo
H lenti ſubſidium diuinæ gratiæ impetrare tria
ſunt inter alia neceſſaria, uidelicet Decor hu-
militatis & ſubiectionis.Honora. Ardor cha-
tatis & dilectionis, Patrem tuum. Dulcor ſuauita- Matt.
s & deuotionis,Matrem tuam.Secundum quòd ait
hryſoſtomus Homil.31.in minori,non poteſt ſenti-
quæ lucis ſunt tenebroſa uoluntas,cæcitas namque
iritualis eſt malitia cordis,& ideo ſicut non poteſt cę
s ſplendorem lucis conſpicere, ſic non poteſt mali-
ius myſteria pietatis. Et bene dicit myſteria pieta-
s,quia myſteria prauitatis ſaltem uidet. Eſt enim
idem dicit Chryſoſtomus Homilia uigeſimaſexta,
alignus oculus per quem diabolus uidet qui lucem
ſpicere nequit ſicut homo, ſanctus oculus per quem
us uidet. Et hinc eſt quod ſemper aſpicit prauus
yſteria prauitatis, immo interdum ibi eſſe iudi-
at ubi non ſunt, ſicut nobis hodie bene declarat
uangelium hodiernum de iniquis Scribis & Phari-
eis,qui excæcati malitia non cognoſcebant tranſgreſ
onem diuini præcepti quod modo ſuadebant, ſcili-

 cet

cet de non honorando parentes, & tamen ſimplicita[...] diſcipulorum culpabilem oſtendere conabãtur Vn[...] in dicto euangelio quattuor innuntur, uidelicet.

Error cæcutientis dementiæ [*Quare, diſcipuli.*]
Tenor corripientis iuſtitiæ. [*Quare & uos.*]
Rigor concutientis miſeriæ. [*Omnis plantatio.*]
Pudor deficientis notitiæ. [*Adhuc & uos.*]

Vel Euangeliſta oſtendit quattuor, uidelicet.
Stolidam præſumptionem turpius deficientem. Quoniam dixi.
Prouidam munitionem auidius redarguentem. Quare & uos.
Ridigam concuſſionem durius confodientem. Om[...] plantatio.
Placidam inſtructionem clarius erudientem. Adhuc [...] uos &c.

Quantum ad primum dicit Euangeliſta quòd po[...] quam Chriſtus multa & mira miracula fecerat, ue[...] rant a Hieroſolymis Scribæ & Phariſei, dicentes [...]
Marc. Dic de hoc traditionem, qualiter (ut ait Marcus) [...]
Ioann. 2. bro manus lauant, ſcilicet in omni ferculi renouati[...]
Deut. 12. ne. Vnde & propter hoc dicunt antiqui Hydrias il[...] ſex fuiſſe in nuptiis Ioannis Euangeliſtæ, ſecundu[...] ſcilicet purificationem Iudæorum. Has autem tradi[...] nes fecerant Iudæi contra diuinum præceptum, q[...] dixerat per Moyſen Deuteronom. Quod præcipio t[...] tantum facito hoc, nec addas, nec diminuas. Addid[...] runt igitur iſti ſuperſtitioſas traditiones, & illud I[...] 1. Lauamini & mundi eſtote, intelligebant carnali[...] &c. Vnde dicit Chryſoſtomus quòd iſti ſic loquente[...] ſtatim ſeipſos confundebant, quia allegabant traditio[...] nes factas, quas fiendas Deus prohibuerat. Sic pat[...] magis nequitia iſtorum qui non potentes calumnia[...] magiſtrum in ſe, in diſcipulos tam dementer inſu[...] gebant. O quot ſunt hodie tales ſcribæ qui nullu[...] aliud habent officium niſi quòd notant & ſcribun[...]

facta



[...]ta aliorum. Iſa. 10. Omnes ſcribentes iniuſtitias con[...]ripſerunt. Et phariſei qui ſemper conantur gratiam [h]ominum aliis auferre, & eos quantum poſſunt ab af[...]ectu & opinione aliorum diuidere. Qui bene recedũt [...] Hieroſolyma. Semper enim uolunt a patre recedere [...] ſchiſmatum ſcandala ſuſcitare. Sed diſperdet domi[n]us uniuerſa labia doloſa. Sed tales non aduertunt q[...] [i]pſi immediate dicunt contra ſeipſos, & ore proprio ſe condemnant. Ponunt enim calumniam in opere non calumniabili, detrahunt ueritati. Et multi ſunt qui præ[d]icantes audiunt, & uerba eorum bona peruertunt. [R]euera tales nedum arguentur quòd comedant illo[t]is manibus, ſed quòd cibum bonum proiiciunt in [c]loacum.

Quantum ad ſecundum reſpondit Chriſtus ipſorũ [p]rauę operationi & cordis malitiæ &c. [*Dicens. Quare, [et] uos transgredimini mandatum Dei, propter traditionem [ue]ſtram.*] Vbi notandum Chriſtum non improbaſſe [tr]aditiones hominem, abſolutè, & ſimpliciter, ſed quas [fa]ciebant, legi diuinæ contrarias, Quia Sequitur [*Et ir[ri]tum feciſtis mandatum Dei,*] ſcilicet, De honore paren[tu]m, falſè, illud interpretantes contra præceptum Dei [i]n Deuteronomio, Quoniã humana conſtitutio, Con- Deut. 4.
[ci]liorum & pontificum, eſt ſeruanda, atteſtante Chri- Luc. 10.
[ſt]o. Qui uos audit, me audit & qui uos ſpernit, me ſper[ni]t. Vnde Hieronymus ad Lucinium. Traditiones Ec[cl]eſiaſticæ obſeruandæ ſunt, ut a maioribus traditæ [u]naquęque prouincia ſenſu ſuo abundat ut præcepta maiorum, leges Apoſtolicas arbitrentur. Et certè con[ſt]itutiones Eccleſiæ, augent cultum diuinum, concupi[ſ]centia carnis cohercent, & ad ſeruanda diuina præce[p]ta expeditiorem hominem faciunt ac fraternam cha[ri]tatem augent. Improbantur autem ea, quæ phariſei contra pręceptum Dei, inducebant, ut ſunt ea, de quibus Diuus Bernardus ad Eugenium. Traditiones

 humanæ

humanæ hodie regnant in eccleſia, quæ non tantum ſunt leges quantum lites & cauillationes ad anima hominum ſubuertendas. Tu igitur paſtor paſtorum animarum qua mente ſuſtines coram te illas &c. [*Honora patrem &c.*] Nota, triplex pater, ſcilicet ſpiritualis, paſtoralis, & temporalis. Spiritualis Deus, paſtoralis papa uel dominus, corporalis ille qui te genuit, & unicuique debes exhibere honorem in gradu ſuo, & his quę ad eorum officium pertinent, & hoc loco & tempore, quòd ſi ſubtraxeris, facis cõtra diuinum præceptum. Hic potes dicere quòd ſicut qui patrem corporalem confundit, & ſtat in contumacia cum ipſo, peccat mortaliter, conſimiliter ille qui ſtat in cõtumacia cum domino ſuo ſpirituali ſine ſatisfactione debita non eſt abſoluendus, ſicut nec ſecundus. [*Munus quodcunque eſt ex me,*] ideſt quod mihi reſeruaui uel pertinet ad me, [*tibi proderit,*] non autem quod eſt domino dedicatum, quia illud datur animæ. Vel aliter interrogatiuè, [*quodcunque eſt ex me,*] ſcilicet premiſſum [*tibi proderit?*] quaſi dicat, non. Vel aliter, [*ſine cauſa colunt me,*] ideſt ſine pręmio uel retributione. [*Gloſſa. Et conuocatis ad ſe turbis.*] arguentibus per locutionem a maiori negatiue, quaſi dicerent ſic; ſi illud quod intrat per os non coinquinat hominẽ, igitur nec illud quod egreditur. Contra quod dicitur, [*acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum & dixerunt ei, ſcis quia Phariſei audito uerbo hoc ſcandalizati ſunt &c.*] Scandalizati ſunt per ſe, quia non habebant cauſam turbationis ſed correctionis, ideo dicit. [*Omnis plantatio &c.*] Habet diabolus hortum ſuum ubi ſunt plantæ euellendæ & igni deputandæ, & hæ ſunt ſyluæ ſpinoſæ in quibus commorantur. Habet deus hortum ſuum ubi ſunt plantæ fructiferæ Vnde nota quòd planta habet ramos tres, ſcilicet cor, & hic ramus facit duodecim fructus quos enumerat Apoſtolus ad Gala. Habet etiam os, & hic ramus



mus facit ſimiliter plures fructus, ſcilicet abſtinentiã cibo, confeſſionem, exhibitionem laudis, correptionem fraternam, orationem deuotam & locutionem modeſtam ſiue reſponſionem humilem. Opus, & hic ramus facit ſex fructus, ſcilicet ſex opera miſericordiæ &c. [*Cæci ſunt & duces cæcorum.*] Ad literam hoc dicitur de Iudæis qui ſemper ueluti cæci uadunt, aliorum facta palpando quę uiuere non poſſunt; quia ſemper clarum uidetur eis tenebroſum & obſcurum. Nam ſemper in omni bono opere inueniunt defectum, uel contra modum, uel contra ſubſtantiam actus, uel contra intentionem. Iſa. 59. Palpauimus ſicut cæci parietem, & quaſi abſque oculis attractauimus, impie egimus meridie quaſi in tenebris, ideſt in operibus lucidis & mundis. Vnde dicit bene Saluator de talibus, [*cæci ſunt*] corde, quia excęcauit eos malitia eorũ, [*& duces cæcorum,*] quia ſicut habent cor cæcum ita ſenſus eos, uiſum, quia nihil de bono proximi prouidere poſſunt, aures quia nihil audire, & ſic de ſingulis. Nam qualis eſt rector ciuitatis tales habitantes in ea, dicitur Eccl. Sed in ueritate ſequitur. Si cæcus cæco ducatum &c. ambo in foueam cadunt, ideſt in profundũ culpæ, & poſtea in profundum pœnæ. Et hoc idem eſt in illis qui faciunt corpus, cæcũ ducatũ præſtet animę doctor inſcius, curſor claudis, prælatus negligens, præco mutus. Adapta iſta ad hominem. Eccl. 10.

Sequitur autem ultimum. [*Reſpondens autem Petrus &c.*] Omne, ideſt de omni quod in os intrat in ſtomachum uadit, & in ſeceſſum emittitur. Fit enim multipliciter digeſtio. Prima in ore. Secunda in ſtomacho. Sic moraliter, prima in ore, & hæc eſt meritorum diſcuſſio. Os hic ſignificat cor. Pſalm. Os iuſti meditabitur ſapientiam. *Pſal. 36.* Eſt enim per cor ingreſſus cogitationum ad animam, hic nulla fit ſeparatio. Secunda in ſtomacho, hoc eſt in uoluntate, ubi fit bonorum intentio, & fœcis peccati repulſio. Tertia in

ciſta

ciſta fellis, id eſt in amaritudine culpę tranſactę, quæ
fit in memoria, & hic fit ſeparatio pori ad uenas, id
eſt ad opera ſatisfactoria, ex quibus homo nutritur
ſpiritualiter, dũ impellitur ad aquas, id eſt ad lachry
mas. Quarta in uenis, id eſt in operibus, & ibi fit ſepa
ratio. Vna pars uadit ad conſeruationem propriam,
altera ad conſeruationem propaginis uel ad ſpecialem
conſeruationem proximi. Nota lac eſt materia ſangui
nis. De corde exeunt tria in genere, quæ dominus cõ
memorat, uidelicet quædam pertinentia ad peccati
cordis & hæc [*cogitationes malæ.*] Quædam ad peccati
oris, & hæc ſunt [*blaſphemia & falſa teſtimonia.* Quæ
dam ad peccatum operis, & hæc ſunt [*homicidia, furta*
*adulteria*] Aduerte igitur peccatorum diſtinctionem,
quia aut homo peccat corde, & hoc contingit tripli
citer, quia uel in ſeipſum, & ſic eſt acedia. Vel in Deũ
& ſic eſt ſuperbia. Vel in proximum, & eſt dupliciter,
Vel habita occaſione ab eo, & ſic eſt odium, quod eſt
ira inueterata, uel non habita, & ſic eſt inuidia. Vel
peccatore, & hoc dupliciter, uel contra proximum &
hoc etiam dupliciter, quia uel diffamando, & ſic eſt
falſum teſtimonium. Vel recipiendo, & ſic eſt menda
cium, quod eſt peccatum mortale, quando pernicio
ſum, uel quando aſſumitur ibi nomen Dei. Vel opere
& hoc multipliciter, quia hoc fit aut in rebus tempo
ralibus, & hoc dupliciter, quia uel uiolenter, & ſic eſt
rapina, uel ſiue uiolentia & ſic eſt furtum, aut in bo
nis perſonalibus, & ſic eſt homicidium, aut in bono
opere, & ſic eſt detractio, aut in perſona coniuncta, &
ſic eſt adulterium, aut in perſona ſeiuncta ſic eſt forni
catio. [*De corde enim exeunt &c.*] ſicut enim cor eſt ui
tæ corporalis principium, ſic uitæ moralis, ſcilicet bo
nitas uel malitiæ, intantum quod teſte beato Augu
ſtino de libero arbitrio, nihil habet rationem pecca
ti niſi quantum a corde & uoluntate egreditur. Non
enim quod intrat in os, id eſt cor, ut expoſitum eſt,
coinqui-



coinquinat hominem, quia teſte eodem Auguſtino nõ
eſt in poteſtate quibus &c. uide literam. Corde non
conſentiente ſed contradicente tunc non cõmittitur
peccatum, ſed acquiritur meritum quod ſi cor non
contradicat ſed conſentiat, tunc eſt peccatum morta-
le ſi ſit de re ex diuino pręcepto prohibita. Aduerten
dum tamen quòd conſenſus dupliciter accipitur.
Eſt enim conſenſus uno modo in opus, & talis nõ eſt
dubium quin pro opere computetur, quia uoluntas
reputatur pro facto. Alio modo in delectationem ip-
ſam quę eſt in cogitationem, quia interdum tam ue-
hemens quod inebriat mentem, & in tali ſecundum
Auguſtinum eſt peccatum mortale etiam ſi non aſſit
uoluntas nec propoſitum adimplendi. Sola nãque co
gitatione homo moritur per culpam, ſicut figura- 2.Re.17.
tum fuit in Abſalone. 2. Reg. Nota hiſtoriam. Abſa-
lon patris amaritudo uel patris luctus interpretatur,
& ſignificat peccatorem. Hic contra patrem erigitur
& regnare uult dum, ſcilicet de ſibi collatis benefi-
cijs erigitur in ſuperbiam, quia illa a Deo non reco
gnoſcit. Contra hunc nutu diuino procedit Ioab, qui
inimicus interpretatur, terga uertit Abſalon dum
non uiriliter reſiſtit. Mulus eſt ſterilis appetitus car
nalis uel mundanus, qui nimis currit, hæret capillis,
id eſt cogitationibus quærcus, id eſt in fructuoſę mũ
danæ delectationi. Hæret autem propriæ inter cœlũ
& terram, quia adhuc uacillat, quia non ſequitur ad-
huc ex toto mulum, id eſt ſterilem appetitum. Sed
tunc Ioab infigit ipſi tres lanceas in corde. Prima
eſt delectatio inordinata, & iſta ſola mereretur quan
do eſt deliberata. Secunda eſt conſenſus in opus, quia
ex quo diabolus primam infixit ſtatim procurat ſecun
dam infigere. Tertia eſt operis apimpletio, & tunc ue
hiunt decem ſecundum Ioab, i. transgreſſiones decẽ p̃
ceptorum diuinorũ, quæ ſunt decẽ cornua beſtię, & cu
mulant hũc Abſalon in grauitate peccatorum ne poſ
ſit

Dan.14. ſit amplius inſurgere. Nota quod Abachuc Dan.capil lo capitis ſui ductus eſt in Babyloniam & poſitus in lacum leonum. Abachuc, id eſt ſuſceptio eorum qui ſuſcipiunt tentationes quas diabolus immittit. O quot ſunt qui capillo capitis uolunt hominem & co nantur ipſum ponere in lacum leonum, in foueam in ferni in Babylonem uel confuſionem &c.

## FERIA V. DOMINICAE tertiæ Quadrageſimæ De Febre peccati quæ eſt multiplex.

S*Ingulis manus imponens curabat omnes .Luc.4.* ] Gra tia ſpiritus ſancti propter tria eſt ſollicite pro curanda, quia ipſa eſt ſuppletio ſufficiens copio ſa lata ſeu ampla communitate, ideo Singulis. Eſt uirtuoſa & magna actualitate, ideo Manus impo nẽs.i.opera, quia nõ eſt otioſa. Eſt fructuoſa & gratia commoditate, ideo curabat omnes &c. Secũdò ꝙ ait beatus Greg.li.9.Mora.ca. 38. niſi nos ſuperna ui ſitatio uel ad amorem cõpũgẽdo uiuificet, uel ad timo rẽ flagellãdo, reſtauret, repentino lapſu mẽs funditus tota deſtruitur. Et in ueritate hoc non eſt mirũ, quia etiã nobis diuina gratia aſſiſtente præſidio propter fra gilitatem & miſeriam noſtram ſtare frequẽter nõ poſ ſumus, quin cadamus, multo minus mortificati uel infirmati per culpam uitam, & ſalutem cõſequi poſſe mus, niſi nos Deus aut amore cõpũgendo, aut timore concutiẽdo reduceret. Miſericorditer igitur prouidit ut iuxta quãtitatẽ delicti et culpæ quosdã uidelicet in ſpirando, quoſdã cõminãdo uel percutiẽdo reducat. Et hoc bene nobis inſinuat Euangelium hodiernum oſtendẽs ꝙ dominus ſup ſocrũ Simonis ſtetit, qđ ſigni ficat amoris ſignaculum, quod ſupponitur cordi. Alios autem



autem infirmos tangendo, ſcilicet manu ſuæ caſtiga tionis, curauit. Ponuntur autem in dicto euangelio tria uidelicet.

Primo charitatiua ſanatio languidorum, ibi. [ *Sur gens* ]

*Ieſus.* ] Secundo informatiua depreſſio malignorum. *Exibant autem dæmonia.* ] Tertio imitatiua deuotio po pulorum. [ *Facta autem die &c. Et turbæ requirebant eum.* ]

Quantum ad primum præmittitur miraculum fa ctum a domino circa ſocrum Simonis, circa quod.4. tangit, uidelicet

Piaculum infectionis. Quia ipſa [ *tenebatur magnis febri bus* ]

Suffragium orationis. Quia ipſi diſcipuli qui aſſiſte bant [ *rogauerunt Ieſum pro ea.* ]

Remedium curationis. Quia [ *Stans ſuper eam impera uit febri.* ]

Obſequium deuotionis. Quia [ *continuo conſurgens mi niſtrabat illis* ] Dicitur autẽ Matth.& Mar. quod Chri ſtus apprehenſa manu eius curauit, & ſubleuabat ia cẽtem. Idem ſignificat hic, ut oñdit Ambroſius in ho mi. quod non magis mobilitate animi quam prauita te peccauerat, id eſt totaliter peccantes ſignauit, & ta libus proculdubio Deus porrigit manum ſuæ miſeri cordiæ ſtans ſuper eos imperans. Deinde ponitur de curatione aliorum languidorum. Currente namque fama quod ſocrus Petri fuerat miraculoſe ſanata, poſt ſolis occaſum omnes cœperunt ad locum affluere &c. quibus omnibus manus imponens ſanabat eos. Et dicit Beda, quod non uacat myſterio quod ante ſo lis occaſum una ſola ſanatur, poſt uero plures uel mul ti. Nam hic eſt Ille ſol iuſtitiæ Malac. Qui de ſeipſo dicit. Quamdiu ſum in mundo lux ſum mundi. Ipſe namque ante occaſum paſſionis ſolum modicam par tem Iudæorum ſanauit, poſt modum uero ſanauit cõ plures

*Matt.8.*
*Marc.1.*

plures,quando, ſcilicet ſalus eſt per totum mundum,
diffuſa,quia in omnem terram exiuit ſonus eorũ &c.
Moraliter uero occaſus ſolis ſignificat occaſum mun-
danæ proſperitatis,qui niſi occumbat in corde tuo,
non potes a languore ſanari.Vnde Matth.26.dicitur
quod poſt ſolis obtenebrationem multa corpora eo-
rum qui dormierunt,ſurrexerunt.Eccleſiaſtes.1.Ori-
tur ſol & occidit.Mundana,ſcilicet proſperitas,quæ
eſt in continua reuolutione, diuina autem neſcit oc-
caſum,procedit uſque ad perfectum diem. Nota ſol
dupliciter dicitur occidere,uel in ſe,& ſic ad literã oc-
cidit omni die,uel quo ad nos & ſic occidit ad nobis,
quando aliquis mons uel aliquid aliud interponitur,
ſic poteſt nobis ſol diuinæ gratiæ occidere. Secundo
modo ſol mundanæ proſperitatis in ſe & in nobis
occidit,quando ſcilicet iam non montem terrenum
interponimus,ſed ad lumen cælitus occultatur,ad lu-
men,ſcilicet diuinæ illuſtrationis.Sequitur ſecundũ.
[*Exibant autem dæmonia a multis clamantia & dicentia,
quia tu es filius Dei. Et increpans non ſinebat ea loqui.*]
Tacere iubentur circa dæmonia.Primo ad confutan-
dum iniquos Phariſæos qui dicebant eum in Beelze-
bu,principe dæmoniorum eijcere dæmonia. Secun-
do ad amouendum ipſorum fallaciam, quia ſemper
uera,aliqua falſitate fermentabant.Tertio ad dandũ
nobis exemplum,quia ipſe dominus eſt ſuperorum,
& inferorum & noluit dæmonum obſequium, nec
conſequens non debemus uelle. Sequitur tertium.
*Facta autem dic &c.diſcurre*]literam.Myſtice facta dies
reſurrectionis ſuæ. Hæc dies quam fecit dominus
&c.Reprobata Iudæa tranſiuit ad gentes per deſertũ
ſignatas,& tunc certe requirebant eam per fidem,&
ueniebant uſque ad ipſum per ſpem,& retinebant ip-
ſum per charitatem. Quibus ille dicebant, quia &
alijs ciuitatibus,id eſt monendo dicebat ut alijs præ-
dicarent,ut fidem quam ſuſceperant diuulgarent fa-
ctis



ctis & uerbis.Moraliter,dum nunc ſol gratiæ occum-
bit in te per peccatum,uade ad recipiẽdum ſalutem,
& ſta in oſtio ubi eſt Ieſus, ſecundum quod dicitur
Marci primo. Vt erat omnis ciuitas congregata ad ia-
nuam,id eſt,in pœnitentia,quę eſt oſtium,ut exponit
Hieronymus,quod ſi nunc non feceris,ipſe in die iu-
dicij ibi in deſertum locum nec tecum uoluerit com
morari,quinimmo dicet alijs ciuitatibus ubi, ſcili-
cet ſunt ciues cæleſtes &c.Moraliter,quænam eſt hęc
ſocrus Simonis & quæ hæc infirmitas?Reſpondeo,ſo-
crus Simonis eſt anima febris eſt peccatũ.Vnde ſcien
dum quod febris nihil aliud eſt quam coloris innatu
ralis ſuccenſio.Hæc autem ſuccenſio,ut dicit Galenus
in paſſionario ſuo,poteſt eſſe uel in ſpiritibus, & ſic
uocatur Ephimera.Vel in humoribus,& ſic uocatur
proprie febris.Vel in ſolidis & medullis,& ſic uoca-
tur Ethica.Prima inquam febris quæ in ſpiritibus
creatur,propter ſubtilitatem materię cito reſoluitur.
Et hęc febris ſignat peccatum,quod eſt in cogitatio-
ne,quod fit ex corruptione facta in ſpiritibus ſuperue
nientibus ſpiritibus malæ ſuggeſtionis.Secunda ſigni
ficat peccatum in opere,ſed in conſuetudine. Tertia
ſignificat peccatum conſuetudinis, quæ quodã modo
cõuertitur in naturã.Et hoc durat uſque ad mortẽ ma
xime quando prouenit ad tertiã & quartã ſpeciem,&
ideo figurat peccatum conſuetudinis.Itẽ nota quod
prima ſpecies eſt in corde,& hæc leuis.Secunda in o-
pere,& hæc difficilis,Tertia in conſuetudine, & hæc
quaſi incurabilis.Quarta in obſtinatione,& hæc perẽ
nis.Prima uero quæ eſt in humoribus,poteſt multi-
pliciter diſtingui,tamen quantum ad præſens, quæ-
dam procedit ex corruptione ſeu inflammatione me
lancholiæ,& hæc uocatur quartana,quę immutat co
lorem,& quandoque inducit oppilationem, quando-
que calefacit hepar &c.& hoc propter groſſitiem ma
teriæ,eſt triplicis proprietatis, multũ durat & cum
diffi-

difficultate reſoluitur,& hæc inter omnes relinquit;
& inducit multas malas diſpoſitiones in corpore &c.
Variatio namque coloris,quia aliquando homo effiq
tur liuidus,ſignificat diminutionem coloris, ſic auaq
rus habet colorem ad compaſſionem proximi dimin
tum,& non cogitat niſi cogitationes liuoris dum bo
na aliorum uſurpare conatur.Obturatio ſiue oppila
tio ſignificat obturationem cordis,& ſenſuū qui ſum
me in auaro regnat,quia nō uult audire quod ſpectą
ad opera pietatis,uel ad reſtitutionem,inflatur inte
dum hepar,in quo eſt uis amoris, dum , ſcilicet caloq
ſiue amor inordinatus,ſolum ad ſe extenditur,& noq
ad alios.Exemplum de ſancto Iuſto, cui dicebat dia
bolus quòd nullum habebat laqueum quo tot trahe
ret ad infernum,quàm quo trahebat auaros,quia uix
illum poterant homines frangere per ſe uel per alio
Quædam procedit ex inflammatione phlegmatis,&
hæc uocatur quotidiana,& hæc appropriat gulæ uel
inuidiæ ad litteram . Hæc infirmitas facit hominem
multum uoracem propter frigiditatem dominantem
in orificio ſtomachi,licet dominetur interdum in fu
do.Vel melius poteſt huic uitium inuidiæ adaptari,
quæ procedit ex materia frigida.Hæc bene eſt quoti
diana,quia ut ait Bernardus:cum quodlibet uitium
exerceat in breui actum ſuum , inuidia continu
ſtimulat inuidentem.Item habent proprietatem quo
rundam piſcium , de quibus legitur quod guſtantes
aquam pluuialē ſtatim moriūtur[*etiam ad modicæ*]gu
tæ guſtum,quia eſt eis quaſi uenenum. Quidam uero
aere excæcantur.Sic inuidus moritur dum ſentit ſtil
lam diuinæ gratiæ quam Deus immittit proximo.It
excæcantur,qa bonū proximi habere non poſſunt.
Quædam procedit ex inflammatione & accenſion
choleræ.Hęc notat peccatū ſuꝑbiæ,& iracūdiæ, qu
ad ſuperbiā ſequit̄,ſ.quādo qs uult ſemꝑ alijs ſuper
ſe,& ardet ambitione dominādi,& eſt impetuoſus i

uidus



uidus & improperioſus. Notą ꝙ quādo ignis non po
teſt euaporare,uel ipſi nō miniſtrat̄ materia quam ab
ſumat , crudeſcit in ſeipſum , ſic iracundus creparet
niſi euaporaret & reſpiraret per uerba contumelię.
Nota quòd tales ſunt proprietates ſerpentium , qui
propter abundantiam ueneni in capite non ceſſant
linguam mouere,& habent linguam nigram & acu-
tam,propter abundantiam ueneni in capite , id eſt in
mente & in corde,ubi portant rancorem & odium &
ſuperbia, non ceſſant quotidie moleſtare. Lingua
nigra,locutio praua,& acuta,quia pungunt & pene-
trant . Quædam uero ex inflammatione ſanguinis,
& iſta uocatur continua.Hæc deſeruit gulæ & luxu-
riæ. Nota quod ſicut ſanguis naturę minatur , fit e-
nim ibi ultima diſcretio,ſic hęc duo uitia minantur
noſtræ animæ . Et quia hoſtis quanto propinquior,
tanto periculoſior,ideo periculoſiſſima hæc quā ſem
per nobiſcum portamus. Nota quod ex hac febre orit̄
multiplicia mala. Oritur enim inquietudo,quia laſci
ui non poſſunt quieſcere,ſicut nec febricitantes,quos
uidemus diſcooperire ſe , & proijcere , propter ardo
rem & inflammationem.Sanguis enim eſt cordis prin
cipium , licet purificetur in hepate.Hæc diſcoopertio
fit dupliciter . Vno modo propter uerba , ritus , &
geſta &c. quia ardor non poteſt interius detineri .
Alio modo quando ad literam diſcooperiunt ſe inho
neſte , oſtendendo guttura , pedes , manus , & breui
ter quicquid habent quod debeat alios incitare ad
uanitates.Et ideo ſumme debent cauere ab inhone-
ſto habitu,dum non habent quod perdant,niſi unam
margaritam,quæ perdita,non poteſt ultra recupe-
rari,& hæc eſt fama honeſtatis quæ eſt multum prę-
tioſa,& ideo ſumme pro illa debent zelare. Et ideo
quando uident aliquam inſolentem , quia illa infa-
mat omnes alias , ex ſua uita inhoneſta , omnes de-
beant ſuper illam clamare &c. Hæc febris facit per

 ſonas

beant ſuper illam clamare &c. Hæc febris facit perſonas phreneticas, quia inter omnia uitia abſorbeat rationem, iſtud eſt principium, quia ibi efficitur homo totaliter beſtia, immo in ueritate, pluſquam beſtia, dum non obedit iuſſui rationis. Et forte dices, quale remedium apponendum eſt? Reſpondeo, illud quod apponitur phreneticis. Debent enim phrenetici (ut dicunt medici) in principio infirmitatis, primo quidem tonderi, & radi, & hæc eſt amputatio nimii t mente. Secundo aceto tepido ablui, & hæc eſt iuſtitia Dei, tamen cum miſeratione. Tertio ligari in loco obſcuro. Ligari eſt timor pœnæ, quæ debet ligari in conſiderando diuinam iuſtitiam. Quarto, non debent ipſis oſtendi diuerſæ imagines, uel picturæ, ne furia pr uocetur, & ſic non debent aſpectus illecebroſos, uarios & impudicos. Quinto non debet loqui cora eo, nec eius uerbis reſpondere, quia corrumpunt bonos mores colloquia praua. Sexto unguentis ungi, ſomnus prouocetur, id eſt quies mentis, & ſedatio p ſionum, quod fit in unguento lenitiuo diuinæ gratiæ, & promiſſionis ſupernæ. Inſuper in principio furiæ, debet fieri minutio de uena hepatis, id eſt confeſſio. Si hæc fiant, poterit ceſſare infamia, & tunc Deus ponet manum ſuæ gratię ſuper te &c. Et hoc fiat antequam ueniat dies iudicij, quia tunc ipſe recedet a te, & ibit in deſertum locum &c.

FERIA



# FERIA VI. DOMINICAE Tertiæ Quadrageſimæ, De Chriſti miſericordia, erga Samariam.

F*iet in eo fons aquæ ſalientis in uitam æternam.*] Ioan. 4. Gratia ſpiritus ſancti triplici ratione conſideranda eſt, uidelicet quia promittitur certiſſime, ideo fiet in eo. Infunditur largiſſime, ideo fons aquæ. Suſcipitur utiliſſime, quia facit ſalire in uitam ęternam. [*Venit Ieſus in ciuitatem Samariæ &c.*] Secundum quòd ait beatus Gregorius in moralibus, omnipotens deus qui piè condidit, & qui impiè nõ diſponit, & qui necdum facta creauit ut eſſent, ea quæ ſunt facta non deſerit, ſed gubernat. Huius autem dicti ueritatem cognoſcere poſſumus ſi quattuor attendamus uidelicet peccatoris negligentiam, quæ non obſtantibus beneficiis quæ a Deo recipit multiplicibus, ad mundi uanitates ſe conuertit: iuxta illud Deũ qui te genuit dereliquiſti. Deut. *Deut. 32.* Saluatoris patientiam, quæ ſic benigne in tot tranſgreſſionibus, & ingratitudinibus nos ſupportat. Ad Rom. 2. An ignoras, ꝙ benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? & ibidem. An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis eius contemnis? Reductionis diligentiam, quæ continue nos pulſat ut excitet ac retrahat a peccato. Apo. 3. Ego ſto ad oſtium & pulſo &c. Largitatis affluentiam, quia ad ſe accedentibus dat omnibus affluenter & non improperat. Iacob. *Iaco. 1.* Volens igitur euangeliſta nos excitare ad cõſiderationẽ miſericordiæ ex præmiſſis quadrupliciter nos excitat in euãgelio hodierno, uidelicet Ex patientia Saluatoris in trãquilla expectatione ſeu ſupportatione: [*Venit Ieſus in ciuitatem Samariæ.*] Ex negligentia

gligentia peccatoris in peruerſa euagatione ſeu decli- natione, [*venit mulier de Samaria.*] Ex diligentia redu- ctoris in paterna reuocatione, & pulſatione: [*Mulier da mihi bibere.*] Ex affluentia largitoris in ſtupend- exauditione & exhibitione. [*Domine da mihi hanc aqua*] & ille uolens copioſius dare dixit. [*Vade, & uoca uiru tuum,*] qui etiã & toti ciuitati dedit. Narrat igitur bea- tus Ioannes &c. dic hiſtoriam, & incipe qũo receſſ- de Iudæa ut iret in Galilæam &c. [*Quomodo tu Iudæ- cum ſis &c.*] Cognouit eum tàm in loquela q̃ in ueſti- bus. [*Si ſcires domini Dei,*] ſcilicet plenitudinem & ſu- ficientiam, [*& quis eſt qui dicit tibi,*] id eſt quantum e- miſericors: [*tu forſitan petiſſes ab eo.*] Dicit forſitan. Pr- mo propter liberum arbitrium, quod cogi non pote- a Deo de potentia ordinata. Secundo propter fœdi- tem peccati, quia forſitan non auderes apparere co- eo, quia oĩa tua ſecreta nouit. Nota ex parte peccato- ris eſt forſitan, non ex parte Dei qui ſemper eſt par- tus. Quia uerò mulier, de aqua materiali intelligit, re- ſpondit. [*Domine neque quo haurias aquam habes.*] q. d. a- intelligis de hac aqua, & tũc non uidetur uerum, qu- [*puteus eſt altus,*] & tu cares hauſtorio, aut de alia me- liori, & tunc non uidetur ueriſimile. [*Nunquid ma- es patre noſtro Iacob, quaſi poſſis nobis dare meliorem aqu-*] Inſuper, & ipſe bibit de hac. Ad hoc autem Chriſtu- reſpondit quòd non intelligit de illa. [*Omnis enim q- bibit ex illa aqua ſitiet iterum.*] Auguſtinus libro conf- ſionum. Feciſti nos domine ad te, & inquietum eſt co- noſtrum donec requieſcat in te. Nota hanc aquam- qua Chriſtus loquebatur, non hauriebat, ſed ut ma- continebat. [*Reliquit igitur mulier hydriam ſuam,*] [- quere literam &c. Aduerte efficaciam aquæ domin- cæ. Hanc quidem hæc mulier primo ſitiuit ideo dix- [*Domine, da mihi aquam.*] Secundo ex ea guſtauit, - ideo ſtatim cœpit ſalientem in uitam æternam: [*do- ne*] inquit [*patres in monte.*] Tertio ſatiata eſt ut no- ſitiret



ſitiret iterum temporalia, [*& ideo reliquit ibi hydriam ſuam.*] Quarto factus eſt in ea fons alijs propinans fluenta gratiæ, unde omnibus euangelizauit Chriſtũ. Moraliter, hæc mulier a mollitie dicta, fragilem ſignificat animam peccatoris. 3. Eſdræ. 4. Hic oportet uos ſcire quomodo mulieres dominantur ueſtri. Nonne ſoletis &c. Mulieres inquam, ideſt fragilitas, & cordis mollities dominantur ueſtri. Iſa. 3. Dabo pueros eorum, & effœminati dominabuntur eis. Iſtam mulierẽ Deus poſuit in loco tutæ cuſtodiæ, ideſt in ciuitate Samariæ, & in Sichar, ideſt in ſtatu pœnitentiæ. Samaria cuſtodia, Sichar interpretatur pœnitentia. Hæc eſt ciuitas munita, in qua poſitus homo à Deo quàm optime cuſtoditur. Iſaiæ. 62. Super muros tuos Hieruſalẽ conſtitui cuſtodes. Vnde Dauid. Quis deducet me in ciuitatem munitam. Huic Deus dedit pro tempore quinque uiros, ut ait Auguſtinus, dedit quinque ſenſus, & hoc quando nondum poteſt ratione uti. Cum autem rationis incipit eſſe capax, tunc aut regitur a ſapiente, ideſt mente, & hic eſt legitimus uir, aut ab errore, & hic non eſt uir eius. Quando igitur aliquis relinquit rationis iudicium, mœchatur cum diabolo per peccatum, qui utique non eſt eius, ſed adulter. Iſa. 57. Iuxta me diſcooperuiſti te, & ſuſcepiſti adulterum. In ſuſceptione namque huius adulteri diſſoluitur matrimonium animæ cum uiro legitimo, & tunc iſta egreditur de Samaria, ideſt de cuſtodia diuinorum præceptorum, & de Sichar, ideſt de ſtatu pœnitentiæ. Egreditur quidem ad hauriendam aquam carnalium uoluptatum, & corporalium delectationum. Nota filij Iacob ſunt illi qui peccant uitijs ſpiritualibus, pecora qui carnalibus. Vnde dicitur quòd erat ibi fons Iacob Iacob ſupplantator dæmonem ſignificat: qui ſemper nititur hominem ſupplantare. *Pſal. 59.* Puteus eſt mundana concupiſcentia, in qua continentur uoluptates mundanæ, quæ ſunt aquæ mortiferæ.

Ioſ.3. tiferæ. Ioſue. Aquæ inferiores deſcenderunt in mare
4.Reg.2 mortuum.Hę ſunt aquæ peſſimæ. 4. Regum quę red-
dunt conſcientiam ſterilem.Hic autem puteus eſt ul
de profundus tam ratione termini ad quem producit,
quam ratione inſatiabilis.Non ſatiabitur oculus &c.
De hac infecta aqua hic Iacob ſeductor primo bibit,
quia apoſtatauit a Deo,deinde dedit ipſam filiis ſuis &
pecoribus,ideſt peccatoribus & beſtialiter uiuentibu
&c.Egreditur igitur mulier, ideſt anima infelicis pec
catoris de Samaria &c.[*Et hora eſt quaſi ſexta*.] Nota
dies peccatoris habet ſex horas, & ſimiliter dies do
mini.Dies aũt peccatoris habet ſex horas quibus gra
ditur ad peccãdũ, quarũprima eſt ſuggeſtio,& tũc ib
loquitur dæmon peccato de diuortio faciendo ſponſ
Ezec.24 Ezech.Adulteratæ ſunt,& ſanguis in manibus eorum
Secunda eſt cogitatio, & tunc peccator aures cord
porrigit ſuggerenti.Tertia eſt delectatio, & tunc d
ſpem inimico,& dat ipſi reſpõſionem placidam.Qu
ta conſenſus in delectationem, & tunc ipſi datur ar
ra.Quinta eſt propoſitum per fidei opus,& tunc firm
tur matrimonium inimico. Sexta eſt perpetratio op
ris & tunc ibi illud impudicum peccati matrimoniu
conſummat adimplendo propoſitum,nam foris egre
ditur ad aquam hauriendam &c. Dies autem domi
ni habet ſimiliter horas ſuas quibus procedit ad re
uocandum miſerabilem peccatorem ad conferendu
ipſi ſalutem. Prima eſt naturalis productionis, p
quam homo accipit eſſe naturæ. Secunda eſt bapti
malis ablutionis,per quam accipit eſſe gratiæ. Te
tia eſt ſalutaris inſpirationis,per quam homo inſpi
tur. Quarta eſt ſingularis comminationis, quand
ſcilicet ipſi aliquod immiſſum eſt periculum, tu
enim Deus peccatori comminatur, ut ipſum ad pœ
nitentiam reducat. Quinta eſt paternalis caſtigatio
nis. quando, ſcilicet deus peccatorem flagellat &
caſtigat.Sexta eſt finalis reprobationis, quando,ſci
licet



licet homo obſtinatus in peccatis omnibus, poſtquam
non uult corrigi.Et ſi dicas quòd duodecim horæ ſunt
in die & non aſſignas niſi ſex,ideo dicit Propheta.Vi-
ri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos.Vn
de ſex eſt medium.12. & eſt etiam replicatio. Dicit Pſal.54
igitur quòd[*hora quaſi ſexta Ieſus ex itinere fatigatus ſede
bat ſuper fontem*,]ſcilicet immenſitatis diuinæ pietatis,
qui tot horis graditur ad requirendum peccatorem,
a quo peccator tot horis diſceſſit ad adulterũ, ideſt
ad diabolum accedendo.Quid mirum mi Saluator, ſi
tanta ingratitudine fatigaris,& cum ſedes, ſuper fon-
tem ſedes,& hora quaſi ſexta?Sedes inquam, quia beni
gne & patienter expectas,quia moratur eccleſia. Su-
per fontem ſedes,ſcilicet miſericordiæ tuæ, ut inde ſa-
lutis potum tribuas homini æſtuanti. Hora ſexta ſe-
des,quia non reſtat niſi ſententia contra peccatorem
ferenda,& tamen ſedes.Iſta eſt hora ſexta,quando,ſci
licet ſediſti in fonte miſericordiæ tuæ ſuper crucem,
quando,ſcilicet ad noſtros quinque ſenſus adaquan-
dos,qui mundanã non ceſſant haurire aquã, quinque
canales cruoris emittere uoluiſti.Sedes inquã & re-
quiſiſti Iudæam cæleſtẽ. Facta eſt Iudæa ſanctificatio
eius.Et ueniſti ad requirendum peccatorem. Quid ab Pſalm.
eo petis?Certe domine nihil aliud quã potũ.[*Mulier*,]
inquiſti[*da mihi bibere*.]Quid ſitis domine? Certe ſalu
tẽ illorum ut ait Auguſtinus,pro quorum ſalute tuum
ſanguinem profudiſti.Nota ſitis ex calore procedit in
trinſeco.Hũc calorẽ.ſ.accẽſum amorẽ Chriſtus habe-
bat qui ipſum faciebat ſitire. Et ideo dicebat Sitio,
quaſi dicat,tu ſitis ad tui dãnationẽ,& ego te ſitio ad
ſalutem.Audiuimus petitionem Saluatoris fatigati,
audiamus reſponſionem peccatoris excæcati, & in ma
litia obſtinati.Quomodo(inquit)tu cum Iudæus ſis
&c.[*Non enim coutuntur Iudæi Samaritanis*.] Nota pec-
cator ſe excuſat.Quandoque ratione fragilitatis quia
mulier.Quandoque difficultatis,quia, ſcilicet mulier
P 4 nimis

nimis tenetur ligata & occupata a peccato, uel a cauſa peccandi patet in multis. Et ideo dicitur Samaritana, ideſt poſita in cuſtodia inimici. Thre. 3. Threno. Concluſit, ſcilicet diabolus, uias meas, ideſt uenas & meatus per quos debeat ingredi lumen gratiæ lapidibus quadris, ideſt obſtinatione peccati. Ecce quid dicit tentator, nō poſſes aliter uiuere. Ego dico tibi quia tu non habes lumen gratiæ diuinæ coram oculis, ideo aliam uiam uidere non potes. Iterum credis ne quòd diabolus prouideat tibi melius quam Deus? Conſimiliter potes dicere de ornamentis. Quandoque ratione indignitatis ueniẹ conſequendæ. Ideo dicit.] *Non coutuntur Iudæi Samaritanis,* ] ideſt Chriſtus tam magnus dominus peccatoribus non indulget. Iſti ſunt etiam qui morientes obliuiſcuntur dei. Sed Chriſtus omnibus benigne reſpondet, [*Si ſcires donum dei &c.*] Quam ſit uirtuoſum ad ſtabiliendum cōtra fragilitatem quā allegas. Quam efficax ad eripiendum contra difficultatem. Copioſum ad ſubueniendum omnibus miſericorditer, quia nullum deſerit niſi deſperantem, uel ad eum non accedentem. Tu inquam ſi hoc ſcires, & quis eſt ille qui te uocat, tam pius, tam largus quòd non poterit ſe negare, quia qui dedit fontem, dabit ſtillam gratiæ, dedit nanque totum ſeipſum. Tu inquam, ſi ſcires petiuiſſes ab eo &c. Et ideo dicit, Acquieſce mihi, uade, uoca uirum tuum ad me, uoca ad me intellectum tuum, uoca cor tuum. Quære ipſum diligenter, & ueni ad me. Sed quid reſpondet miſerabilis peccator? Virum (inquit) non habeo. Vere non quia cor meum dereliquit me, ait Pſalm. Psal. 39 Immo uerius tu ipſum dereliquiſti. Prouerbiorum. 7. Non eſt uir in domo ſua, abiit uia longiſſima, ſcilicet quæ appropinquat inferno. In hoc igitur uere dixiſti, quia non habeo uirum, quinque enim uiros habuiſti, ſed uade uoca, relinque hydriam concupiſcentiæ, aquam uanitatis, funem peccatorum, quibus hauris, & ingredere ciuitatem mentis tuæ,



tuæ, uel ciuitatem pœnitenię, & tunc tibi dabo aquam uiuam, ſicut certe fecit huic mulieri, quę reliquit hydriam peccati, & diuina gratia mediante intrauit ciuitatem, ideſt propriam conſcientiam uel conſortium eccleſię, a quo per peccatum ſegregabatur, prędicauit Chriſtum, ſcilicet uita exemplari, & eius exemplo multi de illa ciuitate crediderunt &c.

## SABBATO DOMINICAE tertiæ Quadrageſimæ. De Adultera, cui Chriſtus ignoſcit.

*Nec ego te condemnabo. Vade, & iam amplius noli peccare. Ioan. 8.*] Tria facit inter alia diuina gratia. Habet enim amouere obligationes damnationis, Nec ego te condemnabo. Promouere operationem perfectionis, Vade. Præcauere replicationem transgreſſionis. Et iam amplius noli peccare. [*Magiſter hæc mulier deprehenſa &c.*] Secundum quòd ait beatus Auguſtinus ſuper Pſalm. 34. omnis malitia licet alteri interdum nocere non poſſit, nunquam tamen eſſe poteſt quin ipſi noceat malignanti. Et aſſignat huius rationem ibidem, dicit enim quòd malitia eſt ſicut ignis, & ideo ſi aliquid uis incendere prius ardet quod ei opponis. Prius igitur ardet malitia ipſum malignantem quam alterum, immo frequenter accidit quod illo ſolo ſuccenſo non poteſt alijs immittere læſionem. Et licet de hoc poſſimus habere exempla quam plurima, habemus tamen idoneum in euangelio hodierno, in quo tria innuuntur, uidelicet nequitia prauitatis in ſtimulando bonitatem, [ *Magiſter, hæc mulier* . ] Iuſtitia æquitatis in confutando cęcitatem. [ *Ieſus autem inclinans ſe.* ] Clementia pietatis in remittendo fœditatem.

ditatem[*Nemo te condemnauit.*]Vel poſſunt notari in dicto euangelio quattuor,uidelicet,Fiducia bonitatis qua charitatis uel mititas oſtenditur , quia perrexit in montem Olíueti . Nequitia prauitatis , qua ſanctitas comprehenditur.Magiſter hæc mulier. Iuſtitia æquitatis , qua cæcitas confunditur.Ieſus inclinás ſe. Clementia pietatis,qua fœditas remittitur.Nemo te condemnauit.

Quanto ad primum, præmittit Euangeliſta quòd poſtquam Chriſtus in templo prædicauerat & docuerat , maligni Iudæi uoluerunt ipſum capere ut perimerent , ſed Chriſtus ceſſit eorum furori , & iuit in montem Oliueti ad locum Bethaniæ.Nocte uero traſacta mane ſequenti ualde diluculo iterum uenit ad templum,quaſi diei luculo,quia nondum erat perfecta lux diei,ſed tunc erumpebat. Et tunc omnis populus conuenit ad eum,ipſe uero ſedens docebat eos.In quod hic potes.4.notare,uidelicet

Modum abſentationis,quia Receſſit de templo.
Situm habitationis,quia[*Iuit ad montem Olíueti.*]
Actum remeationis,quia[*Iterum dluculo uenit.*]
Stilum ſiue modum informationis,quia[*Sedens docebat.*]

Quantum ad ſecundũ dicit quod ſcribebat in terra quę exprimebant pœnam talibus inferendã.Phariſæi autem audientes hæc unum poſt unũ exibãt &c.Nota Phariſęi aliquid requirebant .ſ.ſentẽtiã Chriſti,& q certi erãt quòd a mĩa quẽ omnibus fiedã prædicabat non diſcederet idcirco magis contra eum allegant legẽ & legis latoré.Hoc aũt dicebãt tẽtãtes eũ,ut.ſ.ut accuſarẽt eũ apud populũ dãnauerit, uel apud Pilatũ doctrinam ſuam mulierem dãnauerit,uel apud Pilatũ de legis trãſgreſſione,& per cõſequẽs facerẽt ipſũ ca

Quãtũ ad tertiũ dicit quod[*Ieſus inclinauit ſeſe &c.*]& quãtũ ad hoc ſex ponit euãgeliſta.Primo nãq; inclinauit



pit ſe Ieſus multiplici rõne,ut oſtenderet ꝙ accuſatio nõ é admittẽda cũ falſitate.Nõ eñ ſtatim iudex dẽt porrigere aures cuilibet dico,nec etiam cum gaudio ſed cum ſupplicentia ſuſcipere.Vel quia accuſatio cõſideranda eſt cũ humilitate, quia forte ipſemet iudex alteri ſimilia uel grauiora commiſit, uel ſaltem poſſet committere.Diſcutienda cum maturitate, ut teſtes bene examinentur.Sententianda eſt cum benignitate & pietate,ut homo iudicando ſit inclinatus ad miſericordiam, & non erectus ad iuſtitiam. Secundo ſcribit,& hoc duplici ratione uel triplici . Primo ut oſtenderet eos ueluti peccatores eſſe ſcriptos in terra.Iuſti autem ſcripti ſunt in cælis.Luc. Gaudete *Luc. 10.* & exultate quoniam nomina ueſtra ſcripta ſunt in cælis . Secundo ut terra eſſet finaliter contra illos. Hierem. 22. Terra , terra , terra audi ſermonem domini , hæc dicit dominus. Scribe uirum iuſtum ſterilem. Translatio.70.interpretum habet . Scribe uiros iuſtos abdicatos.Tertio ut quaſi ad aliud intentus daret eis ſpacium tepeſcendi ac reſipiſcendi ab iniquo propoſito. Tertio ſcripſit digito,& hoc triplici ratione.Primo ut ait gloſſa,ad indicandũ quod anteq̃ ſentẽtiemus aliqd, debemus nos digito diſcretionis diſcutere.In digitis enim diſcretis & ſeparatis notatur diſcretio.Vnde dicit.[*Qui ſine peccato eſt.*] Secundo ut ait Auguſtinus,ut ſe oſtendat legis latorem & auctorem præceptorum quæ digito Dei ſcripta ſunt.Tertio ut oſtendat quod ſicut in legẽ in lapideis cordibus ſcripſerat Iudæorum qui fructum minime afferebant,ſic eandem erat ſcripturus in terra, id eſt in paganis qui fructum legis afferent. Quid autem ſcripſerat,dicit Auguſtinus quod ſcribebat illud quod ipſe erat reſponſurus . [*Qui ſine peccato eſt ueſtrum &c.*]Ambroſius autem in quadam epiſtola ad ſtudioſũ dicit quod ſcribebat.Terra terra terra abſorbe eos uiros abdicatos,id eſt digne iudicandos.Idem

autem

autem Ambroſius in epiſtola ad Direne, dicit. Terra terram accuſat, gloſſa uero dicit quòd ſcribebat quoſdam characteres in quibus quilibet poterat propria uidere peccata. Quarto erexit ſe illis perſeuerantibus, & tunc dixit [*Qui ſine peccato eſt ueſtrum &c.*] quod utique fecit quia ſicut fuerat per manſuetudinem ad mulierem inclinatus, ſic per zelum iuſtitiæ erexit ſe contra illos. Qui ſine peccato eſt ueſtrum quaſi dicat puniatur adultera, ſed non a peccatoribus & tranſgreſſoribus legis, & ita Chriſtus ſeruauit hic legem & manſuetudinem ſimul & ſemel. Nota hinc trahitur argumentum, quod peccator in ſimili crimine non poteſt eſſe iudex. Et ſi dicas quid, poteſt ne confeſſor perſonam abſoluere cum qua peccauit? Reſpondeo & dico quod ſic, quia confeſſor eſt tam iudex quam medicus. Vnus autem medicus, & infirmus, poteſt alium infirmum curare. Item ſacerdos eſſe poteſt correctus a peccato, & tunc eſt idoneus ad curandum alium, non ſic iudex qui eſt particeps in crimine quantum ad mundanam iuſtitiam. Iterũ hinc habere poſſumus, quod qui eſt in peccato ſcilicet alijs noto, non digne lapidat, id eſt obiurgat peccatorem. 1. Paralip. 2. Non ædificabis mihi domum, quia uir ſanguinum es &c. ubi dicit Gregorius. Non pure in membro conſiderat oculus maculam quem puluis grauat &c. De hoc figura. 4. Re-
4.Reg.2. gum. ubi dicitur. Ecce habitatio ciuitatis huius optima eſt, ſed aquæ peſſimæ ſunt, & terra ſterilis. Et præcepit Heliſeus ut ponerent ſal in uas nouum &c. Heliſeus Deus meus ſaluator, uas prælatus, nouum
Eph.4. uitæ perfectæ. Apoſtolus. Induite nouum hominem &c. Sal præſeruans a corruptione eſt diſcreta increpatio. Terra eſt ſubditus. Ciuitas conſcientia. Hæc terra eſt optima quantum eſt ex ſe, ſed aquæ, id eſt mundanæ laſciuiæ uel uoluptates, de quibus heri dictum fuit, ſunt peſſimæ, & ideo reddunt terram ſterilem.

Mitti-



Mittitur in illas increpatio, & ſanantur, ſi ſit ſal ſumptum de uaſe nouo. Quinto, iterum ſe inclinans in terram reſcribit. Auguſtinus dicit illos zelo percuſſiſſe, nec dignatur eos aſpicere, ſed auertit obtutum. Gloſſa tamen dicit quod hoc fecit ut daret eis libertatem ſine confuſione tanta diſcendendi & exeũdi qui uidebant ſua peccata, ſic quod unus poſt alium exibat. A leuioribus autem incipiebant qui plura & grauiora commiſerant. Sic fugient peccatores a facie Dei. Sequitur ſextum & ultimum, ſcilicet ꝙ remãſit ſolus Ieſus & diſcipuli & mulier &c. litera patet. Moraliter, quantum ad primam partem Chriſtus recedit de templo cõſcientiæ quotiens expellitur per peccatum. Sed quo uadit? Ad montem Olиueti, ad locum altum ſuæ miſericordiæ. Nota, oleum omnibus liquoribus ſupernatat, ſic miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Hic eſt mons in quo beneplacitum eſt Deo, habitare in eo, mons pinguis &c. Hic domus panis, abundantia diuinorum beneficiorum, quibus iuſtus nutritur. Venit autem diluculo ad templum, quia quam cito aliquid recognitionis tibi innaſcitur ſtatim ad templum tuum iterum redijt. Nec congregantur populi, ſcilicet opera meritoria uel uirtutes tuę, niſi prius Chriſtus ueniat & ſedeat in templo per reconciliationem, & doceat per inſpirationẽ. Moraliter, dicitur Sapien. quod per quę quis peccat per hęc & torquetur. Sa. 11. Et ideo in iſta adultera accuſata, datur exemplum non exaſperandi aut obiurgandi peccatores, quos interdum Deus cadere permittit ut ad maiorem perfectionem reſurgant. Sic enim uidemus naturaliter homines poſt infirmitatis caſum ſaniores & incolumiores remanere Hęc namque mulier ſicut heri dicebatur peccantem ex fragilitate & cordis mollitie ſignat. Gen. 3. Mulier, id eſt mollities quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno. i. infructuoſam delectationem a Deo prohibitã, & comedi,

Hęc

Hæc autem in adulterio deprehenditur quando in aliquo facinore quo mæchatur cum diabolo inuenitur, aut in aliquo defectu culpabili. Tu fornicata es cum amatoribus multis. Hier. Sed quid? iniqui ſcribæ qui

*Hiere.3.* ſemper facta aliorum ſcribunt, & Phariſæi qui ſemper procurant diuortium inter hominem, & proximũ, procurant mulierem huiuſmodi lapidandam. Lapides iſti ſunt uerba exprobrantia, quibus iſti maligni taliter peccantes non deſinunt infeſtare, ut ipſos ex toto interficiant in cordibus aliorum. Figurantur autem hæc uerba per lapides, quia lapis dicitur quaſi lædens pedem, quia omnis obiurgatio aliqualiter lædit affectũ. Omnis namque diſciplina in præſenti non eſt gaudii ſed mœroris, ſingulariter tamen dicuntur lapides huiuſmodi exprobratores, quia etiam pedes, ideſt humiles offenduntur. Iſti ſunt lapides quos Semei mittebat

2.Re.16. contra Dauid. 2. Reg. dic hiſtoriam. Dauid manu fortis & uultu deſiderabilis ſignat uirum in quo eſt ſtrenuitas operum & perfectionis, & formoſitas conuerſationis. Contra hunc inſurgit interdum Abſalon, ideſt luctus patris, id eſt dæmon, pellit a regno, & egredi cõpellit de ciuitate, qui uolens ſaluari uadit ad deſertũ pœnitẽtiæ incedens cooperto capite, ideſt mentis con-

*Pſal.68.* fuſione. Pſal. Operuit confuſio faciem meam, & nudus pedibus, id eſt amota omni occaſione, & affectione peccati, aſcendens cliuum oliuarum, id eſt recurrens ad latitudinem diuinæ miſericordiæ, flens. ſ. pro culpa cõmiſſa. Sed quid tunc Semei, ideſt auditio mea, uir linguoſus & procax in uerbo? maledicit ipſi dum detrahit, mittit contra eum increpationis & improperationis lapides. Et bene dicitur quòd hic ambulat per iugum collis, ideſt per altitudinem ſuperbiæ & elatio-

*Deut.27* nis. Iſti tales non implent præceptum domini. Deut. Cum tranſieris Iordanem in terram quam dominus Deus tuus dabit tibi, eriges ingentes lapides, & calce læuigabis eos, ut poſſis in eis ſcribere omnia uerba legis



gis huius &c. Dic hiſtoriam. Terra iſta eſt proximus tuus, qui incidit in manus tuas quando te ſciente peccauit. Debes igitur tranſire Iordanem, qui culpam abijcere quam incurrit riuus iudicij, ædificare altare in quo placetur Deus ipſi peccatori. Hoc altare eſt inſtructio ſiue reparatio conſcientiæ. De lapidibus quos ferrum non tetigit, ideſt increpatione ſine liuore, & ſine cruore confuſionis, nam ferrum eſt frigidum liuidum, & duriſſimum, & per conſequens uulneris inflictiuum, & ſanguinis effuſiuum. Igitur de his lapidib. & calce, ideſt charitate linies, & ſcribes ibi legem, & mandata Dei, ſcilicet per informationem, & offeres hoſtias pacificas Deo. Et quia mente tranquilla ſunt hęc omnia facienda, ne zelus incitet peccatorem. Sed detractores ædificant de lapidibus tactis ferro altare diabolo ut ibi ſacrificent ſanguinem, id eſt famam peccatoris &c. Dominus enim & lex Moyſi, lex ſcilicet ſeruitutis, præcipit nobis huiuſmodi lapidare. Sed qui debent? Attende quod ſequitur: [ *Qui ſine peccato eſt ueſtrum.* ] O quot ſunt qui portant faciem erectam, quorum peccata ſi eſſent ſcripta in frontibus facerent eam deponere in terram. Et ideo cum uideris nudum, ideſt diffamatum, operi eum excuſando, & carnem tuam ne deſpexeris & frange eſurienti panem tuum, ſcilicet doctrinæ &c. Quod ſi non feceris dominus, occulta tua ſcribet in terra &c.

DOMI-

## DOMINICA IIII. QVADRA-geſimæ. De quinque hominem milibus ſa-tiatis a Chriſto in monte, quo exemplo corroboratur fides noſtra, de diuina pro-uidentia, & ad montem aſcendere do-cemur.

S*Vbijt igitur in montem Ieſus, & ibi ſedebat.*] Ioannis 6. Diuina gratia tria habet facere in nobis. Ha-bet enim incitare affectum. Subijt. Subleuare in-tentionem. In montem. Quietare ſeditionem. Et ibi ſedebat. [*Abijt Ieſus trans mare Galileæ &c.*] Si-cut dicit Gloſſa Threnorum. 4. Nulli diffidendum ne deficiant miſerationes Dei, fons miſericordię no-ſiccatur niſi tu prius fueris exſiccatus, immo ut aucto-ait de ſpiritu, & anima, tardius uidetur ei ueniam pe-catori dare quàm ipſi peccatori recipere, quaſi plu-cruciet ipſum ipſius miſeri compaſſio quàm ipſum mi-ſerũ compaſſio ſua. Et uere aduertere poſſumus quò ad ſua beneficia conferenda frequenter non expecta-ut ab eo petantur, ſed ea offert & tribuit indigenti, ſi-cut ſatis declarat euangelium hodiernum, in quo Eu-geliſta quinque ponit, uidelicet

Præcurrentis domini prouidam profectionem. [*Ab- Ieſus.*

Accurrentis populi feruidam deuotionem. [*Et ſeque-tur eum multitudo magna.*]

Miſerentis domini intimam compaſſionem. [*Cum ſ- leuaſſet, oculos.*]

Affluentis ferculi ſapidam refectionem. [*Facite eos d- ſcumbere.*]

Extollentis labij placidam confeſſionem. [*Dic- bant.*]

[*Quia*



*Quia hic eſt uere propheta.*]

Vel ſic acceſſum ſiue progreſſum deuotionis. Abijt.

Aſpectum compaſſionis. Cum ſubleuaſſet oculos.

Effectum ſubuentionis. Dixit igitur Ieſus, Facite eos diſcum.

Succenſum confeſſionis. Illi igitur homines.

Quantum ad primum, dicit quòd [*abiit Ieſus*] ſalus noſtra [*trans mare Galileæ quod eſt Tiberiadis*] & tunc magna multitudo ſequebatur eum, & aſſignat cauſam. [*Subiit igitur, &c. Erat autem proximus dies feſtus. ſ. paſcha Iudæorum,*] ut ſcilicet innuat hoc miraculum eſſe aliud ab illo de ſeptem panibus, quia alio tempore factum. Quantum ad ſecundum dicit quòd Ieſus benignos oculos ſuos ſubleuauit quos antea forte ex honeſtate tenebat declinatos in terram, uel ad ſuos diſcipulos cum quibus, ut ait Chyſoſtomus cõferebat. Videns igitur hominum multitudinem copioſam, dixit ad Philippum. [*Vnde ememus panes &c.*] Hic patet miſericordia ſi attendamus eius ſtudioſam inuitationem, immo expectationem. Nam infantis more nos inuitat, ſpecialiter *Rom. 2* tamen ex ſua longanimitate & patientia. Ad Roma. 2. Exiſtimas o homo qui talia facis, quia tu effugiens iudicium Dei, An diuitias bonitatis eius contemnis & patientiæ & longanimitas. Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam & cor impœnitens theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicii Dei. Nota quòd horrendum eſt incidere &c. Eius ſerioſam & uiſceroſam circunſpectionem, ſemper enim reſpicit &c. *Pſal. 9.* Pſalm. Oculi eius in pauperem reſpiciunt. Eius copioſam miniſtrationem, quia nunquam deſiſtit ſua beneficia miniſtrare. Nota quædam temporalia & corporalia malis ne efficiantur peiores, ut ſunt praui latrones uſurarij &c. Eius radioſam uel illuminoſam illuſtrationem, quia ipſe oriri facit ſolem ſuum ſuper bonos & *Iob. 3* malos, & tñ Iob querit, quare miſero data eſt lux, nam

ipſi peccatores rebelles fuerunt lumini diuinæ inſpi-
rationis.Quare Philippo dictum eſt.[*Vnde ememus pa-
nes?*]Duplici de cauſa.Primo quia erat de illa prouin-
cia,ut dicunt aliqui,& propterea magis pertinebat ad
eum prouiſio,quia naturale eſt quòd quilibet ſuum cõ-
terraneum diligat.Oppoſitum tamen faciunt aliqui,
qui ſunt de genere uiperę, qui concepti de utero ma-
tris,ideſt ciuitatis ſuæ antequam perducantur ad par-
tum,& antequam ueniant ad gradum ad quem ex me-
ritis poſſent accedere,inter ſe dimittant, nec partum
expectant,ſed uolunt ſibi honores cum uiolentia uſur-
pare,& ſic lacerant uentrem matris, deinde ſuam de-
ſtruunt ciuitatem,& interdum accidit quòd non conſe-
quuntur illud quod aliter conſequerentur ſi partum
debitum expectarent. Secundo, quia Philippus rudis
erat,& ideo inſtruendus,quod uoluit dominus facere
tentando eum,ut bene cognoſceret quòd uictualia ibi
non erant,& ſic conſequens miraculum magis admi-
raretur &c.Proſequere literam.Nota dulcedinem ſua-
*Matt.4.* uitatis uerbi,qua iſta multitudo refecta, aliam negle-
xerat.Nec certe mirum, quia ad literam. Non in ſo-
lo pane uiuit homo. Et quam dulcia faucibus meis.
Pſalm.Quanti ad tertium,fecit diſcumbere ſuper fœ-
num,ideſt herbam, quia multa erat in loco.Erat enim
tempus uernale,& ita omnia erant uirentia propter
calorem patriæ,erat tempus amænum,ſocietas grati-
fica,conuiua generoſus,miniſtri lætantes Et cũ come-
derunt & ſatiati ſunt,collegerunt fragmenta. Quan-
tum ad quartum,miratæ ſunt turbæ, & confeſſę ſunt
Chriſtum ꝙ eſſet uere propheta.Moraliter uero oſten-
dit geſtum ſiue nutum compaſſiuum peccatoris affi-
cientis. Verbum defectiuum hominis non confiten-
tis. Actum curatiuum criminis inficientis. Fructum
*Pſ.142.* ubertium animæ famelici reficientis. Mons iſte eſt il-
le ad quem deſiderat aſcẽdere Propheta. Domine quis
habitabit in tabernaculo tuo. &c. Hic eſt ille mons in





quo Chriſtus transfigurauit ſe, coram diſcipulis ſuis
Et ideo Iſaiæ uigeſimotertio. Tranſite maria, ulu-
late qui habitatis in inſula.Ergo aſcende ad montem
iſtum pręcioſum & admirandum,quem Chriſtus fe-
cit.Campum uictoriæ.Matth.Nam ibi uictus eſt dæ- *Matt.4.*
mon.& ſic uitæ perfectionem docet. Scholam ſapien-
tiæ.Matth.5.quia ibi docebat &c.& ſic eſt eminentia
uitæ.Speculum charitatis,quia ibi transfiguratus.
Matth.6.Aulam refectionis fecit in ſcabellum quando
cælum aſcendit.Scalam aſcenſionis &c.Ad hunc aſcen
dere non poſſumus niſi Chriſtus præcedat nos,quia ſi-
ne me(ait)nihil poteſtis facere. Iterum niſi tranſea-
mus mare huius mundi tempeſtoſum per ſuperbiam,
profundum per auaritiam, fluidum per luxuriam,
obſcurum per inuidiam. Hoc mare Tiberiadis id-
eſt uiſionis,quia eſt apparentiæ & non exiſtentiæ, cũ
ſit totum ſophiſticum. Alio autem nomine Geneza-
reth, ideſt generans auras, quia nunquam quie-
ſcit ab aura tentationum. Sic Chriſtus,ideſt gra-
tia Chriſti nos præcedit,ut ipſum in hunc montem ſe-
quamur, ſed quia uia eſt laborioſa, recreatione indi-
gemus ſiue cibo,ideo ſubleuat oculos ſuos, & uidens
nos dicit.Vnde emere poſſumus panem, & hoc Phi-
lippo &c.Greg.Subleuare oculorum in nos eſt redu-
cere nos in propria conſiderationem,ut,ſcilicet cogi-
temus quomodo alimenta habere poſſimus, quibus
epulemur in monte pęnitentiæ cum Chriſto; quibus
in uia ne deficiamus. Ad hoc reſpondit Philippus.
[*Ducentorum denariorum non ſufficiunt &c.*]Denarius eſt
ſatisfactio pro transgreſſione peccati,quibus enutritur
uita.[*Vt modicum quiſque accipiat,*]ideſt ut pro modico
ſatisfaciat peccato & modica transgreſſione.Sed quid
dicit Andreas,ideſt confidentia?[*Eſt puer unus hic &c.*]
Puer ſcilicet per pœnitentiam reuocatus,unus,ſcilicet
cum deo coniunctus,quia ante fuerat diuiſus. [*Quin-
que panes?*]ſunt caſtigatio & attritio ſenſuum. [*Sed*

*quid hæc inter tantos?*]Duo piſces,unus charitas, & hic piſcatur & trahitur de aqua dulci. Alter de aqua marina,& hic eſt ſpes.Matth.5.Beati qui perſecutioné patiuntur &c.Hi piſces ſunt mundi & expiati ſecundum legem , quia habent ſquamas patientiæ , & pinnulas quibus ad alta uolant', quia ſemper in deum . Pſalm.
Pſal.88. Ponam in mari manum eius , ideſt, ſpem , in fluminibus dexteram eius , ideſt charitatem . Spes in preſſuris,charitas in conſolationibus . Canticor.2. Læua eius ſub capite meo,& dextera &c. Aliter quinque panes ſunt.

Dolor de omiſſo.
Pudor de commiſſo.
Horror iudicii.
Timor ſupplicii.
Ardor pœnitudinis.

Piſces duo ſunt propoſitum melioris uitæ,ſiue correctionis,& ſpes obtinendi ueniam . Vel aliter piſcis aſſus exempla martyrum,piſcis elixus exempla cõfeſſo-
Pſ.101. rum.Diſcumbũt ſuper fœnum,omnis caro fœnum.Iſa. 40.Et Pſalm.Homo ſicut fœnum . Sicut autem meſſis ſignat uirum iuſtum , iuxta illud.Meſſis quidem multa &c.ſic fœnum pecatorem ſeu carnalem gloriam,& hoc triplici ratione,uidelicet.Quia ſicut fœnum naſcitur ſine cultura,quia non fructificat,quia eſt cibus beſtiarum,ſic peccata & mala uoluptas naſcuntur ſponte,& non fructificant niſi ad gehennam.Et ipſe peccator ſiet eſca dęmonum. Et hæc gloria multiplicatur, quia erat feſtũ Iudæorũ,ideſt gaudiũ peccatorũ , cuius dñs nos particeps eſſe non uult.Sedere igitur nos iubet ſuper fœnum.i.carnẽ atterere & domare, nec temporalia deſideria ſequi,quia ipſa militãt aduerſus animã. Caſtigo corpus meũ,ait Apoſtolus.1.Cointh.9.Et tũ ſatiaberis refectione &c. Alia litera habet trecentorũ denariorũ &c.quia nec cordis contritio , nec oris confeſſio,nec operis ſatisfactio ſufficit,niſi puer Ieſus





cum quinque panibus uulnerũ ſuorũ & duobus piſcibus.ſ.humanitate quę fuit in mari huius mundi & diuinitate quæ fuit in fluuio paradiſi.Apoc.ulti. Oſtendit mihi fluuium.Aduertendum inſuper ꝙ ducentorũ denariorum panes ſufficerent ubi plures haberi non poſſent,quia ſola contritione lauantur pedes Chriſti concitati & turbulenti contra peccatores , ſiue(ut ita dicam )prius dulcorantur & unguntur , ſicut bene patuit in Magdalena,quæ apportauit ſolam contritionẽ per hoc unguentum quod uendi poterat trecentis denariis argenteis,& ſic uenditum fuit,quia remiſſa ſunt ei peccata multa . Vnde non dicant aliqui ſicut dixit proditor. Vt quid perditio hæc . Non enim perditio , ſed optima uenditio.Nec debemus iudicare illos quos uidemus mori , qui ſic præueniuntur quòd nihil aliud de eis patet quam ſignum contritionis &c.

## FERIA II. DOMINICAE Quartæ Quadrageſimę De modis quibus peccatores iuſtè puniuntur.

*Cum feciſſet quaſi flagellum de funiculis , omnes eiecit de templo Ioan.*2.Diuina gratia tria alia habet facere,uidelicet.

Tranſgreſſionem patratam corrigere, Cum feciſſet flag.

ffectionem diſperſam ſeu deſtructum aſtringere ; De uniculis.

ntentionẽ contractã abiicere.Omnes eiecit de tẽplo.

*ope erat paſcha Iudæorum &c.*]Secũdum ꝙ ait beatus Auguſtinus in lib.de uerbis domini.Sermone.37 Magnę miſericordię eſt nequitiã impunitam nõ relinqre, & magnæ iræ eſt non punire.Sicut igitur deus ſummę miſericordiæ nullatenus nos põt obliuiſci,ſic nec a correctione

rectione deſiſtere poteſt.immo quanto plus offenſus extiterit,tanto magis correctioni paternę inſiſtere conitur,ut ſicut pius pater filium reducat uagabundum. Hoc autē licet in nobis in pluribus clareat, ſingulariter tamen nobis manifeſtatur in euangelio hodierno,in quo.4.innuuntur,uidelicet

Caſtigantis correctionis auſteritas.[*Prope erat paſcha.*]
Indignantis turbationis improbitas [*Reſponderunt igitur Iudaei.*]
Informantis luminoſi benignitas. [*Soluite templum*]
Claudicantis adhæſionis mobilitas.[*Quia multi &c.*]

Moraliter,qui per boues intelliguntur? Dediti mundi delectationibus,& qui ſolum de conſolationibus curant corporis,animam negligētes,& iſti ſunt perilli ſtulti mercatores figurati,de quibus Luc. Iuga boum emi quinque &c. Emunt boues 2. quos probat ſtultos eſſe mercatio , quia dant conſcientiam & animam ſuam pro pręcio. Prouer.7.Mulier, i.ſenſualitas pręcioſam animā uiri rapit. Iſti ad morē boū ſemper arant terram cœlum negligentes,quiā ad morem talpę excæcati in terrenis uerſantur,nec vnquam mētem ſuam erigunt ad ſuperna , & certe puluis terrenę affectionis excęcat eorum oculos &c. Iſti ſemper paleas comedunt,de quibus fornax inferni eſt ſuccendenda. Paleas inquam illas quas filij Iſrael in ęgypto colligere cogebantur ad conſtruendum lateres terrenos,id eſt opera immunda. Vnde cocti in fornace cordis igne inordinati deſiderij fabricant inde habitacula diuerſa Pharaoni,id eſt dęmoni inſuper ſpreto iugo Dei,iugo ſe ſubijciūt inimici,de quo Pſal. Diſrumpamus uincula eorū,& proijciamus a nobis iugum ipſorum. Immo ſi aliquando iugum domini imponatur ipſi ut portent legem domini , & arcam.ſ.pœnitentiæ in qua lex continetur &c.calcitrant,nec eam uſque ad terminum perducūt,ſicut bene figuratū fuit 2.Regum.Faciunt ipſam cadere ſiue abijciunt,ut iam non in domo domini deponatur ſed in domo Obedō qui interpretatur ſeruus ſanguinem.Pro.7.Sequitur eam,ſcilicet mundanam conſolationem quaſi bos ductus ad uictimam,& ignorat quòd ad uincula trahatur ſtultus.Iſti ſunt,illæ boues macie confectæ quę paſcebantur in ripa fluminis Aegypti.Gen.Huius,ſcilicet mundi,quæ dicuntur macilentæ , quia nunquam ſatiantur oculi mundanorum,ut qui totam pulchritudinem ſuam deuorant,id eſt deſtruunt ſiqua opera pęnitentię fecerunt. Aliquando deſtruunt pulchritudinē animæ,& ſeptem ſunt propter uniuerſitatem. Dic hiſtoriam. Dominus eiecit flagello de templo. Flagello inquam facto de peccato,quia conuertit ipſorum peccatum in pœnā ut fiant graues etiam ſibiipſi. De hoc figura.2.Mac. Antiocho qui uolebat de Hieruſalē facere ſepulchrum Iudæorum ipſam deſtruendo,& Iudęos interficiendo,& diſſipare templum , & aſcendit currum ſuum,ſed a Deo percuſſus eſt & cœperunt erumpere uermes e corpore, & doloribus interioribus cruciari,cadenſque de curru colliſus eſt,& intantum anguſtiatus quod propter carnis fœtorem ſeipſum tolerare non poterat,& ob hoc diuinam ſententiam in ſe recognoſcens dicit. Iuſtum eſt ſubditum eſſe Deo,& mortalem nō paria Deo ſentire. Antiochus interpretatur pauper,ſcilicet meritis,ſilens, quia nec habet uerbum confeſſionis nec præconiū laudis, immo, ſi quid habet,ſibi attribuit & nihil a Deo recognoſcit, & in hoc erigit ſe contra Deum,conatur deſtruere Hieruſalem ſuo malo exemplo,interdum etiā alios a ſuo bono propoſito retrahendo,& uult in Deo confitentes ibi ſepelire, per culpam deſtruere tēplū conſcientię proprię,aſcendit currum affectionis quē impetuoſus dęmon trahit , ſed & cadit ex nimio impetu dum plura ambit quā conſequi valeat, vel cadit interdum per deſperationem,ſcaturiūt uermes cōſciētię ſtimulantis , interius fœtores fiunt graues ſibiipſi, &

Luc. 14.
Marc.1.

& tũc Deum recognoſcere cogitur,ſed interdum tar
de,ſicut de iſto ad literam legitur &c. Oues in pro-
poſito ſignificant hypocritas. Vade dominus. Attẽdi
te a falſis prophetis q ueniunt ad uos in ueſtimentis
*Matt. 7.* ouiũ &c.Iſtæ paſcunt in deſerto & in nemore ſpinoſo
peccati,ubi lupus habitat, & non in prato eccleſiæ,
ubi Chriſtus habitat, ubi ſunt flores exemplorum &
uirtutum.Moraliter,quantum ad primam partem ſit,
dicit beatus Gregorius.23.Moral.ca.18.Quando ho
mo flagellatur,a Deo debet conſiderare flagellatio
nis ſuæ ordinẽ,& iuſtitiã percuſſionis inueniet. Tũc
enim uidebit quod qui benigne eum cum non erat
condidit,eũ perfecto qui erat ;nõ niſi iuſte percuſſit.
Nam ſicut idem dicit.20.c.27. manũ ſuam dominus
ad conſumptionem peccantium non emittit cum fe-
riendo a peccatis corripit,& corruentes ſaluat, ſed
potius ad ſalutem.Dupliciter tamen ſicut idem dicit
*Apoc. 3.* li.18.c.12.Deus hominem flagellat. Primo quidẽ ut
parcat.Apoc.Ego quos diligo,corrigo & caſtigo. Se-
cundo,ſcilicet perdendo ne parcat quando, ſcilicet
homo ex correctione non emendatur. Hier.30. Pla-
ga inimici percuſſi te,caſtigatione crudeli. Et ideo
Propheta dicit. Quoniã in flagellis paratus ſum &c.
Boues aperta laſciuia.Oues uelata malitia. Colũbæ
*Oſee.7.* ſeducta ſtultitia.Oſee.Factus eſt Effraim quaſi colũ
ba ſeducta non habens cor.Nota columba nidificat
quolibet menſe.Menſis dicitur a mene,quod eſt defe
ctus.Sic ſtulti nidificant & pullificant in defectu, &
ſemper ibidem pullificant niſi uident ſibi auferri me
rita ſicut columbæ dum uident ſibi auferri oua, &c.

FERIA



# FERIA III. DOMINICAE quartæ Quadrageſimæ, De uera legis obſeruatione atque de quadruplici lege.

MEa doctrina non eſt mea.] Ioan. 7. Per diuinã
gratiam tria homo conſequitur uidelicet,
Acqſitionem communiſſimi dignitatis.
quia mea.
Informationem ſynceræ ueritatis,quia Doctrina.
Recognitionẽ diuinæ maieſtatis,quia nõ eſt mea &c.
Secundum quod ait Bern.in epiſtola ad Haymericum
Cancellarium,Oportet autem beneficium ut uere ſit
eſſe gratuitum. Danti itaque rependi quicquam gra-
tius ab accipiente non poteſt quam ſi gratum habue
rit quod gratis accepit.Spiritum namque grauem cõ
tumeliã facit qui beneficia mẽtis grata mẽre nõ ſu-
ſcipit.Et hinc ẽ ꝙ frequẽtius dñs ad recognitionẽ di
uinorũ beneficiorũ nos hortatur,quandoq; uerbis,
quãdoq; exẽplis,ſpecialiter tñ in euãgelio hodierno,
in quo quattuor tãgũtur, uidelicet.Humilitas gratæ
recognitionis.[*Mea doctrina non eſt mea.*] Rigiditas iu
ſtæ increpationis.[*Nonne Moyſes dedit.*] Stoliditas cæ
cæ allocutionis.[*Dixerunt quidam ex Hieroſolymis.*] Vr
banitas cautæ perſuaſionis. [*Erat igitur dominus in
templo docens.*]

Quantum ad primum tangitur hic deuota uiſita-
tio, quia [*iam die feſto mediante aſcendit Ieſus in tem
plum,*] quod utique fecit imminente ſua paſſione mul
tiplici ratione, ut dicunt doctores, uidelicet. Ad aſſu
mendã deuotionẽ.Sicut enim Xps imminẽtibus ſolẽni
tatibus templũ corporaliter aſcendit,ſic innuit quod
nos ſemper debeamus p deuotionẽ aſcẽdere in Deũ
ſingulariter tamẽ in feſtis aliquibus ſolũ diuino cului
uacare

uacare debemus. Ad declinandā ſuſpitionē,ne Iud
Ioa. 18. iniqui in eius doctrina calumniam poneret,aut de
ſa ſiniſtri aliquid ſuſpicarentur,ſi fieret in occulto.
Vnde & dicebat Ego palam locutus ſum uobis.Ad e
xemplandam perfectionem,ut,ſcilicet nobis daret e
xemplum quod imminenti aduerſitate debemus a
Deum recurrere,ſicut faciunt robuſti bellatores,q
capto burgo ad arcē confugiunt,ſicut etiam facit n
tura,quod timoris tempore uel paſſionis ſubitæ ſ
guis ſtatim fugit ad cor quod eſt uitę principium.A
oſtendendam uoluntariam oblationem,quia temp
re paſſionis ſuę conuerſabatur maxime in Hieruſ
& in templo ut exhiberet ſe perſecutoribus &c.O
ditur ſecundo accepta informatio, quia docebat,i
namque erat locus doctrinæ & frequentia populi.P
plexa ammiratio,quia inde mirabantur unde ine
ipſi tanta ſapientia & cognitio ſcripturarum,q
ſciebant ipſum minime didiciſſe cum eſſet filius f
bri,qui corporali labore ſibi uictum continuum a
quirebat.Apta declaratio & manifeſtatio unde ill
doctrinam habebat,ſcilicet a Deo patre, ſicut dic
Doctrina mea nō eſt mea,quę,ſ.a me docetur,&q
a me poſſidetur,non eſt mea origine,ſed eius qui
ſit me, quod uerum eſt tā de doctrina diuinitatis
Matt.11. humanitatis.Matt.Omnia mihi tradita ſunt a pat
meo.Nam ſecundum humanitatem certum eſt &
rum.Secundum etiam diuinitatem, quia ſicut fil
non eſt originaliter a ſeipſo,ſed a patre a quo geni
eſt ſic & eius doctrina.Vnde nihil habet ſecund
Auguſtinum quod naſcendo quod accepit.Quam
tem ſua doctrina non ſit ſua probat dupliciter.Pri
ſic.Illius iudicio circa unamquamque rem eſt ſta
qui de illa re habet certam experientiam( quia e
rientia facit artem.3.Topicorum )ſed ille qui di
num beneplacitum implet,habet certam experien
de diuinis (cum circa illa inſiſtat)igitur, & habe
de



eis certum iudicium,& per conſequens omnis co-
gnoſcere poterit utrum doctrina mea ſit ex me, an
ex Deo,Sed uos qui eſtis alienati a Deo,hanc percipe
re non poteſtis.Primę Corinthiorum ſecundo. Ani-
malis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei.Se
cundo ſic poteſt deduci iſta ratio ſecundum Chryſo-
ſtomum.Voluntas Dei eſt pax,charitas,& humilitas.
Oppoſita autem his,ſcilicet contentio,odium, & ſu-
perbia inducunt hoſtilitatem,& habet animū pertur
bare ne ueritatem poſſit comprehendere. Igitur ſi
quis iſta deponere ualuerit & facere uoluntatem pa
tris,ſcilicet pacem habere & charitatem, ille poterit
cognoſcere quod a meipſo non loquor ſed ex Deo.Se
cundo probat hoc idem,ſic omnis[ *qui loquitur a ſeme
ipſo quærit gloriam propriam,*]& per conſequens eius do
ctrina non eſt uera,nam ex propria doctrina inſur-
gunt errores & hęreſes,quia qui nimis emungit eli-
cit ſanguine. Econtrario uero, qui loquitur ue-
rum non quærit gloriam propriam , ſed gloriam
eius qui miſit illum , & ego quęro gloriam pa-
tris mei nō meam,igitur doctrina mea eſt quo ad hoc
integra,& non in ea iniuſtitia quo ad effectum, ſiue
quo ad intentionem Nota,dupliciter quis loquitur,
ſecundum quod dupliciter ducitur in conſuetudinē.
Vno modo ab alio,& hoc tripliciter. Vel per inſpi-
rationem,& ſic eſt a Deo eius doctrina .Quia ſpiritu
ſancti inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines. Vel p
doctrinam,ſicut addiſcit diſcipulus a magiſtro. Vel p
inueſtigationē,quę fit qn̄ intellectus non quidē a ſe,
ſed ex rerum ducitur natura in ipſarum cognitionē.
Quicunque ſic loquitur uera dicit, ſi eius doctrina
uera eſt,quia ueritas eſt conformitas rei ad intellectū
Alio modo a ſe,& tunc uniuerſaliter falſum dicit, &
talis gloriam propriam quærit & rapitur in errorem
Hierem.Viſionem cordis ſui loquuntur non de ore Hiere.24
Domini.Ezec.Væh prophetis inſipientibus qui ſequū Ezec 13.
tur

tur ſpiritum ſuum,& nihil uident.

Quantum ad ſecundum ponitur rigiditas iuſtæ in crepationis.Increpat autem eos de duobus uidelicet Primo de legis transgreſſione,dicens.[*Nonne Moyſes dedit uobis legem,*]& tamen legem non ſeruatis? Probatio.Ille legem non ſeruat qui legis præceptum inique transgreditur,uos autem eſtis huiuſmodi.Pro

*Exo. 20.* batio minoris,quia lex præcipit,ut non occidas. Exo 20.quod de innocenti intelligi debet.Me autem uos quæritis occidere hominem qui uera locutus ſum uobis.[*Quid me quæritis interficere?*] & qua de cauſa?Item ille legem non ſeruat qui ueritatẽ ac eius fructum perimere conatur,ego ſum lex & legis fructus , quia ad me tota lex ordinatur,igitur &c. Secundo de cæca perturbatione.[*Moyſes dedit uobis circunciſionẽ,non quia eſſet ex lege,*]quia nõ includitur in præceptis, [*ſed quia erat ex partibus,*]ſcilicet Abraham, qui & ipſam accepit in ſignum ſalutis,ſed hac circunciſionem uos facitis in ſabbato ſi occurrat,cum tamen per illam non habeatur ſalus,ſed ſolum ſignum ſalutis, igitur iniuſte mihi indignamini qui totum hominem in ſabba

*Ioan. 5.* to ſanum feci.Ad literam de Paralitico Ioan. Vel de humano gnere quòd in ſabbato Iudæorum ſanauit In ſabbato inquam quando erant otioſi , quia nihil meritorium uel fructuoſum operabatur. Sabbatum interpretatur requies . [*Ergo nolilte iudicare ſecundum faciem.*]Chryſoſtomus,ideſt dignitatem perſonarum ſed ad rerum naturam feratur ſententia.Deuteron.1. Ita paruum ut magnum audietis,nec accipietis perſonam cuiuſquam,quia dei iudicium eſt.Vel nolite iudicare ſecundum faciem,ideſt ſecundum illa quæ primo apparent.Iob.29.Cauſam quam non noueram diligenter inueſtigabam . Nota ſicut amor dei non eſt unquam ſine luce cognitionis,eſt enim ignis inflammans & illuminans , ſic amor mundi nunquam ſine cæcitate.Eſt enim ignis conformis igni infernali qui inflam-



inflammat,ſed eſt tenebroſus & ſine claritate,& ideo qui amori diuino non adhærent non poſſunt iudicium diſcernere , ſed iudicant ſolum ſecundum faciem quam aſſumunt,ſcilicet peccati. Pſalm. Facies *Pſal.81.* peccatorum ſumitis . Et quia non ſufficit in iudicio declinare iniquitatem,ſed oportet facere æquitatẽ , ideo ſubdit,Sed iuſtum iudicium iudicate.Iuſtum nã que iudicium eſt quod ſolo æquitatis intuitu exercetur,a natura regulam trahens.Nota in quibus incumbit iudicium Exod.Prouide de omni plebe(ut quæ- *Exod. 18* ratur cum diligenti examinatione)uiros ( in quibus ſit mentis conſtantia,potentes ,( in opibus abundantes & potentes in opere & ſermone)timentes Deum (qui ſcilicet timore hominum minime peruertuntur.Eccle.Noli quærere fieri iudex niſi ualeas uirtu- *Eccle.7.* te irrumpere iniquitates)in quibus ſit ueritas( tam notitiæ quàm iuſtitiæ,ne ſcilicet amore uel odio corrumpant iuſtitiam uel ſcientiam)qui oderunt auaritiam(ne ſcilicet cupiditate lucri,uel ſpe præmij corrumpant ueritatem.) Et conſtitue ex eis qui iudicẽt populum oĩ tẽpore. Hoc dixit Ietro,qui honorabilis interpretatur.Si ego dominus ubi eſt honor meus ? ipſi Moyſi,Aliud autem dicit rex,ideſt diabolus.Daniel primo ad Aphaſtem , qui humus interpretatur , introduc de ſemine regio.Introduc(ſine deliberatione)de ſemine regio( ſuperbiæ ) & tyrannorum ( arrogantiæ ) pueros ( non antiquos ) . Nota aliqui iudices ſunt iuſti ſicut ſtatera , quæ illic plus ponderat que ad illam partem magis inclinatur , ubi plus ponitur.

Quantum ad tertium , [*Dicebant igitur quidam ex Ieroſolymis.*]Chryſoſtomus.Scilicet qui deberent ex multis ſuſceptis beneficijs eſſe meliores ,erant aliis deteriores . Sed hunc ſcimus unde ſit utroque modo contradicunt ſibi , primo quia Ioan.9. Non ſcimus quia Moyſi locutus eſt Deus, Hunc autem neſcimus unde

unde ſit.Matthæi.2.dixerunt Herodi quòd eſſet a Beth
leem Iudæ.

Quantum ad quartum.[*Clamabat igitur Ieſus in tem*
*plo.*] Clamabat, quia erant ſurdi, in templo docens
quia erant ſtulti & amentes.Ero ſimilis uobis menda
ideſt ſi dixero quia neſcio eum,ero mendax ſicut uo
eſtis mendaces,& dicentes eum cognoſcere, & dicen
tes non cognoſcere,ut oſtendi,& tunc ſimilitudo qu
tum ad hoc quòd utroque modo erit mendacium no
eſt ſimilitudo. [*Nonne Moyſes dedit uobis legem, & nem*
*ex uobis facit legem?*] Nota quadruplicem legem tradi
dit hic Moyſes uobis,ideſt percuſſor ægypti. Legem a
*Deut. 6* moris & ſubiectionis erga Deum. Deuteronom. Do
minum Deum tuum timebis,& illi ſoli ſeruies,ac pe
nomen illius &c.Legem amoris & dilectionis erga pro
ximum.Ioan.15.Hæc mando uobis ut di. Legem rigo
ris,& reprehenſionis erga carnem. Gen.1.[*Replete te*
*ram,*] ſcilicet bonis ſeminibus,& ſubijcite eam &c.Le
gem horroris,& deiectionis erga hoſtem. Deuteron
7.Non inibis cum eis fœdus,nec ſociabis cũ eis coni
gia,neq; miſceberis eis. Sed in ueritate lex timoris c
uerſa eſt in legem ſuperbiæ. Lex amoris in legem di
ſidiæ & diſcordiæ.Lex rigoris in legem laſciuiæ. Le
horroris in legem concordiæ & ſtrictæ amicitiæ. Ne
mo igitur ex uobis facit legem, ut merito a ligando
lex dicatur,quæ enim nos debet ligare ex eius imple
tione,ligat nos cum hoſte ex eius tranſgreſſione. Ma
lach.primo. Si igitur pater ego ſum, ubi eſt hono
meus? & ſi dominus ego ſum, ubi eſt timor meus?
Nonne etiam de uobis adhuc conqueritur Chriſtu
dicens,[*Quid me quæritis interficere?*] Immo uerius.
Quid me iam tam crudeliter interficitis.Peccator na
que quotiens peccat,totiens in ſe interficit Chriſtum
Quod ſic patet.Quotiens homo incurrit propria uo
luntate mortem,totiens in ſeipſo uita perimitur, quo
tiens autem homo peccat,totiens enim incurrit mor
tem.



m.Quacunque enim hora pomum prohibitum co-
ederis &c.Igitur totiens perimit uitam. Vita autem
oſtra Chriſtus eſt,ait Apoſtolus. Viuo ego, iam non
go,uiuit in me Chriſtus ergo &c. Conqueritur ergo
hriſtus. Quid me uultis interficere totiens crucifi-
endo &c. Sed in ueritate miſer peccator poteſt re-
ondere.Vere nos legem habemus, & ſecundum le-
m noſtram debes mori.Lex autem ut dictum eſt,di-
ur a ligando,miſer autem peccator multis uinculis
multis ligaminibus ligatus dicere poteſt, Nos legẽ
c.O infelix peccator qui diabolo tam miſerabiliter
nculanti dum tibi parat laqueum ſponte porrigis
dem,immo ſi te per pedem ligauerit ſponte ipſi of-
res manus,ſed operis guttur & collum ne confitea-
s.Bene igitur dicit legem &c. Adhuc Pilatus nititur
hriſtum liberare,ac clamat, Quid enim mali fecit?
tu tamen miſer peccator clamas tam corde, quàm
ere,moriatur ſecundum legem, immo ſecundum le
s iniquas. Nam lex laſciuiæ iudicat eum mori in
ne quia in ipſa perit.Lex ſuperbiæ in corde. Lex
aritiæ in mente.Iob.28.Sapientia uero ubi inueni-
r? & quis eſt locus intelligentiæ? Neſcit homo pre
um eius,nec inuenitur in terra ſuauiter uiuentium.
byſſus dicit,non eſt in me,& mare loquitur, non eſt
ecum.Nota tres reſponſiones,ſcilicet maris, ideſt ſu
rbiæ,abyſſi,ideſt auaritiæ, & in terra ſuauiter habi
ntium,ideſt laſciuiæ.Iſtæ ſunt leges iniquæ, quas
ccatores in ſe concludunt uel ſcribunt. Iſa.10. Le-
iniquas ſcribentes iniuſtitiam ſcripſerunt. Iſti nã-
e leges diuinas abolentes, leges ſcripſerunt iniuſti-
e & peccati,cum tamen ſcriptum ſit. 2. Machab.4. *2.Ma.4*
leges enim diuinas impie agere impune non cedit.
opter hoc ipſe Moyſes talibus eſt tranſgreſſoribus
mminatus.Deuteronom.30. inuocando in teſtes cę
m, & terram contra illos qui fructus lege diuina
gibus peccatorum ſe ſubdiderunt, quòd cito eſſent
diſpe-

Exod.32 diſperituri de terra. Quod bene figuratum fuit Exod. de filiis Iſrael qui fecerunt ſibi uitulum conflatilem & adorauerunt &c. Vide hiſtoriam. Moraliter, uitulus labor uel excidium mundi, aurum unde conſla-

Ezech.7. tur gloria mundana. Ezech. Aurum eorum in ſterqui nium erit. Vere quando diſcutietur in fornace iudicij tunc uidebitur quòd non ſit aurum, ſed fex. Moyſes Chriſtus, leuitæ illi additi angeli, diuinum iudiciu exſequentes, qui tranſibunt per medium caſtrorum ideſt ad iudicium congregati percutient. 23. milia hominum qui ſcilicet tranſgreſſione præceptorum & g minæ charitatis multiplicauerunt. Nota circa remedium quod adhibuit Moyſes, conteratur & redigat uitulus in puluerem, ſcilicet per reputationem, & ſpa gatur in aquam pœnitentiæ, qua abluenda eſt anim & fiat potus filijs Iſrael &c.

## FERIA IIII. DOMINICA Quartæ Quadrageſimæ, De cæco nato quem Chriſtus illuminauit.

ABii, & laui & uidi *Ioan.9.*] Gratia diuina eſt ... goratiua egreſſiũ, Abij Expulſiua ſordiũ. Et laui. Illuſtratiua mẽtiũ & cordiũ. Et uidi. [*Præteriens Ieſus uidit hominem cæcum &c.*] Secũdm ꝙ dicit beatus Ambroſius lib. de ieiunio, maior eſt uis uiti q̃ ueneni, & rationẽ aſſignat, quia uenenũ alteri noc & non animali uenenoſo. Sed uitiũ inficit & interfi peccatorẽ qui huiuſmodi uenenum portat in ſtomacho. Et licet hoc uerum generaliter contineat de om peccato qđ eſt uenenũ inficiẽs omnẽ ſenſum, qa p los inficit quantũ ad aſpectũ, per os quãtũ ad affatu &c. ſingulariter tamẽ habet ueritatẽ de malitia, quę tãtũ ſtimulat malignantem ꝙ ipſum quieſcere nulla

nus



nus permittit, ſed ſemper ipſum ſtimulat ad alios uenenandum. Et de hoc licet exẽpla quam plurima habeamus, proponitur nobis tamẽ exemplum euidens in euãgelio hodierno. In quo quattuor innuuntur, uidelicet,

Diuinæ poteſtatis operatio. [*Præteriens Ieſus.*]
Mirandæ ſtoliditatis cauillatio. [*Itaque.*]
Iniquæ malignitatis blaſphematio. [*Voca igitur.*]
Deuote humilitatis ueneratio. [*Audiuit autem Ieſus.*]

Quantum ad primum ſciendum quòd ut ait Chryſoſtomus, hic duo inerãt Iudæis erga Chriſtum, uidelicet furor ſæuiendi & duritia credẽdi, per abſentiotanem autem mitigat furorem ipſorum, & per miraculoſam operationem mollit credendi duritiam. Cedẽs igitur turbis Iudæorum, [*& præteriens Ieſus uidit hominem*] cæcum non a uiolento ſed a natura & ex natiuitate, ad quem aſpiciendũ dominus ſubſiſtit quaſi diligenter uellet eius infirmitatem contemplari, & attendentes diſcipuli Chriſtum tam diligenter aſpicere, dixerunt. [*Rabi quis peccauit? &c.*] Supponebant enĩ oẽm infirmitatem eſſe pœnam peccati, pro eo ꝙ Ioan. dictum fuerat. [Vade & amplius noli peccare ne tibi deterius aliquid contingat. Sed hæc ſuppoſitio erat uera referendo ad peccatum originale, non autem ad actuale, quia non ſemper infirmamur pro actuali peccato. Vnde patet quòd iſti irrationabiliter interrogabant quis pec. &c. Dicunt tamen quidam quòd intendebant diſcipuli petere utrum deus ipſi lumen denegaſſet propter peccata ipſius quæ facturus erat, an propter peccata parentum. Sed hoc non ualet, quia licet deus quo ad beneficia p̃ueniat operationẽ hoĩs propter ſuã mĩam, nunq̃ tñ quo ad iuſtitiã præuenit ipſum, quia nunq̃ deus infert punitionem niſi prius peccator cõmittat tranſgreſſionẽ. Eſt tamen aduertẽdũ ꝙ bene interdũ deus aliqua beneficia tã ſpũalia quam corporalia ab homine ſubtrahit, quia uidet ho Ioan. 5.

minem talibus non bene uſurum,& forte quantũ ad
hoc potuit quæſtio diſcipulorum habere aliquam ap
parentiam.Sequitur reſponſio Chriſti,]*Neque hic nec
&c.Expone*]ut Auguſtinus,cui concordat Chryſoſto-
mus,licet peccauer'nt parentes & ipſe,non tamen ut
cæcus naſceretur,ſed ut manifeſtarentur opera Dei
in illo.Hic potes introducere quintuplicem cauſam
Greg.1.Homi.ſuper illud Marc. 2. Dimittuntur tibi
peccata,quare homines uariis moleſtiis affliguntur,
uidelicet Propter gloriæ augmẽtationem,ut in Iob,
& in martyribus.Propter gratiæ conſeruationem,ut
in Paulo.2.Corin.12.Propter culpæ punitionem,ut
in Maria ſorore.Moyſi.Numeror.12. Et in Paralyti
co Marc.2.Propter futuræ pœnę inchoationem,ut
in Herode Actuum.12.& in Antiocho.2.Mac.9.Pro
pter diuinæ glorię manifeſtationẽ ſicut de Lazaro,
& hoc cæco patet.Quod aũt dicit Hyeronimus ſuper
illud Hier.4.Viæ tuæ & cogitationes tuæ fecerũt hęc
tibi,ubi dicit. Quicquid accidit nobis mali uitii no-
ſtri eſt nõ Dei intelligendum de malo pænæ illatæ.
Conſimiliter intellige illud Greg.quod dicit ſuper il-
lud Hier.quinto.Percuſſiſti eos & non doluerunt.
Omnis diuina percuſſio,aut purgatio nobis eſt uitę
præſentis,aut initium uitæ ſequentis.Sequitur.[*Me
oportet operari &c.*]quaſi dicat,opera eius qui miſit me
quæ.ſ.ſunt opera diuinæ potẽtiæ appropriate, ex qui
bus operibus eſt gloria deo attribuenda,& hæc ope
rari debeo quandiu dies eſt,ideſt dum ſum in mundo
&c.Ioan.primo.Erat lux uera &c.Sequitur.Cum di-
xiſſet hæc,ſpuit in terram.Hic duo ſunt cõſideranda,
uidelicet primo quid curauit,quia oculum, quod ſi
gnificat totius hominis curationem.Nam inter om
nia animalia homo eſt nobilius.Iterum inter partes
hominis, caput excellit, inter autem partes capitis
Matt.6. oculus eſt nobilior. Vnde Matth.6.Lucerna corporis
tui eſt oculus tuus.Quando igitur curat oculum, to-





tius hominis ſignat curationem,dum,ſcilicet princi-
pale in eo curatur.Secundo quam medicinã fecit,quia
ſputum.Nota ſecundum Auguſtinũ,per ſputũ quod a
capite fluit ſignificatur ſapientia increata quę a pa-
tre procedit. Eccle.Ego ex ore latiſſima prodij.Terra Ecc. 13.
eſt humanitas, lutum coniunctio diuinitatis Chriſti
cum ſua carne.Iſtud lutum impoſuit Deus oculus hu
mani generis dum fidem ſuæ diuinitatis & humani-
tatis eos docuit,& circa eam inſtruxit Sed adhuc nõ
ſuffecit ad uiſum reparandum niſi iret ad natatoria
Siloę,ideſt baptiſmi,& ideo bene dicit uade ad nata
toria Siloæ.Eſt autem notãdũ ꝙ iſta aqua erat ex alia
parte ciuitatis,& ideo uoluit Chriſtus illuc eum mit
tere,ut tam corporalem defectũ q̃ ſpiritualẽ medici
nam omnes poſſent aſpicere. Quantum ad noſtram
inſtructionem datur nobis forma corrigendi proxi-
mum,qui de ſputo ſapiẽtiæ quod procedit a capite,i.
mente,debemus facere lutum.i.mentionem & memo
riam de peccato,& oculos linire.i.benigne facere pro
ximum ſe recognoſcere,nõ pũgere uel uulnerare, ſed
linire,& tunc ipſum mittere ad natatoria Siloæ.i.ad
aquã pœnitentiæ.Quantum ad ſecundum tranſcur-
re literam,& dic cauſam dubitationis circa perſonam
cæci,quia oculi magnam faciunt uarietatem in facie.
[*Lutum fecit,& unxit oculos meos.*] Non uiderat de aqua
uel de ſaliua ſicut ait Chriſoſtomus, & ideo non ex-
preſſit,nec definit quòd adhuc neſcit,utrũ.ſ.eſſet filius
dei,diuina ſapientia,& æterna an purus homo,licet
exiſtimaret eum prophetam.Vnxit unguento miſeri-
cordiæ ſuæ per uiſcera illa quibus uiſitauit nos.[*Ad
ducunt eum ad parentes,*]forte ut ipſorum timorem ne
garet miraculum.Hic nota cæci conſtantiam & perfe
ctionem & Phariſæorum malitiã.Nam blaſphemant
Chriſtum in duobus.Primum eſt ꝙ nõ ſit a deo.Secũ
dũ eſt ꝙ ipſe ſit in legis trãsgreſſor, quia ſabbatũ nõ
cuſtodit,& ideo aliis cõtrariũ ſentientibus fit ſchiſma

inter eos.Interrogant cæcum quid de eo ſentiat, mittunt pro parentibus eius,quibus tres faciunt queſtiones.Primam,utrum ſit filius ipſorum Secũdam, utrũ natus ſit cęcus.Tertiam,qũo uiſum recuperauit.Duas primas ſoluũt,pro tertia remittunt eos ad filium,cui ex ætate reſponſio competebat, quod utique fecerũt propter timoré,ſed nõ ſic timuit ille cæcus.Quid autem dicunt Phariſæi? [*Hic eſt filius ueſter quem uos dicitis quia cæcus natus eſt,*]deo dicũt quaſi non ſit uerum, ſed ſita diuulgaſtis,ut Chriſto daretis honorem.Quantum ad tertium dicit quòd nihil ualentes habere uel extorquere a parentibus,Phariſæi adhuc ad ſanatum ſe conuertunt dicentes , [*da gloriam deo* ] & recognoſce hãc ſalutem a deo,& non ab hoc quem ſcimus eſſe peccatorem,[*Dixit cæcus ſanus effectus,ſi peccator eſt neſcio,*]ideſt nõ determino,ſed ipſum eius factum quod in me experior uos conuincit,[*nam cum eſſem cæcus,uideo.*]Non de Chriſti ſanctitate dubitauit , ſed ex facto ipſos improbauit.Dixerunt igitur illi. [*Quid fecit tibi &c.*]uolentes inuenire calumniam in miraculo uel in modo,ut ait Chryſoſtomus.Reſpõdit cum ſtomacho,dixi compluries uobis & amplius non replicabo,[*Nunquid & uos diſcipuli eius uultis fieri,*]ſupple ſicut ego effectus ſum . [*Maledixerunt igitur ei*]ad literam,& dixerunt ſuper addendo maledictioni,[*tu diſcipulus illius ſis nos autẽ ſcimus quia Moyſi locutus eſt deus,*] quia ſic,ſcilicet audiuimus a patribus, ſed hunc neſcimus unde ſit,quem tamen ut ait Chryſoſtomus uidebãt mirabilia operantem maiora q̃ Moyſes feciſſet. Dicebant igitur ſe ſcire quem dici audierant,& ſe ſcire negabant quẽ uidebant.Hunc,inquiunt , neſcimus unde ſit cuius oppoſitum heri dixerunt.[*Chriſtus cum uenerit nemo ſcit unde ſit,hunc ſcimus unde ſit .* ] In hoc mirabile eſt quòd uos neſcitis unde ſit,quem uideritis facere tot & tanta , & ſupple illum quem non uidiſtis,dicatis uos ſcire.Sed iterum uos dicitis hunc eſſe

pecca-



peccatorem . [*Nos autem ſcimus quia peccatores deus non exaudit.*]Ex merito , ſcilicet ipſorum , ſed ſi quis eſt dei cultor quo ad fidem & deuotionem & uoluntatem eius,ad teſtimonium ueritatis deus hunc exaudit &c.Hic nota propter multas auctoritates quæ diſcrepare uidentur , quòd peccatores ad ſe conuerſos deus audit,in peccatis autem permanẽtes non. A ſeculo non eſt auditum quod aperuerit quis oculos cæci nati,ſed forte alterius qui ex infirmitate cęcus fuerit factus. Et ideo niſi eſſet hic a deo,non poſſet quicquã &c.[*Dixerunt ei,in peccatis natus es,& tu doces nos.*]Quia cæcitatem eius attribuebant peccatis parentum.Nota hic quòd infirmitates ſiue deformitates adueniunt filiis,quando cauſas copulæ par entes non ſeruant . [*Et eiecerunt eum foras.*]Quantum ad quartum,[*Credis in filium*]dei pro quo tamdiu diſputaſti,&c. [*Quis eſt domine ut credam in eum.*]Quem uidiſti per fidem, [*& qui aperuit oculos tuos,& qui loquitur tecum,ipſe eſt.*]Moraliter,licet per hunc cæcum omnis peccator poſſit intellligi pro eo quòd dicere poteſt.Lumen oculorum meorum & ipſum non eſt mecum , poſſum tamen diſtinguere quod eſt multiplex cæcitas quam homo a diuerſis peccatis incurrit.Quidam enim excæcantur ut abundantia rerum temporalium , figura- *Pſal. 8.*
tur per Tobiam . Vnde nota quòd hirundines ſanctos ſignificant,quorum conuerſatio non eſt terrena, ſed
cæleſtis.Pſal.Volucres cæli & piſces maris qui &c. *Pſa.118.*
Hirundo in aere paſcitur,ſic iuſtus.Vnde . Os meum aperui & attraxi ſpiritum . Item uolat per deſiderium ſupernorum , nidum facit de luto & in tali nido pullificat , ideſt opera uitæ facit, opera ſcilicet humilitatis,dum ſe tenet in terminis propriis . Et bene nidificat,ſed non in nemore huius mũdi , uel in horto laſciuiæ , ſed in domo conſcientiæ , uel in tecto charitatis. Stercora quæ ab eis abijciuntur ſunt
diuitiæ , quæ tales a ſanctis reputantur ad Philip. *Philip.4*

Omnia ſunt ut ſtercora &c.Quæ niſi ſint calida non
excęcant,quia niſi cum ardore diligantur non offen
Pſal. 61 dunt.Pſal.Diuitiæ ſi affluant nolite cor apponere,
& tunc ſupple non nocebunt. Nota quod carbo no
excæcant,uiſum niſi ſit ignitus .Et nota quod mult
Pſal. 48. patiuntur iſtam cæcitate & non quærunt medicum
&c.Quidam excæcantur honoribus.Pſa.Homo cum
in honore eſſet non intellexit,comparatus eſt &c.A
Roma.1.Cum Deum cognouiſſent,non ſicut Deum
glorificauerunt aut gratias egerunt, ſed euanuerunt
in cogitationibus ſuis, & obſcuratum inſipiens cor
eorum.Iſti ſunt figurati per Heli.1.Reg.3. Qui uid
re non poterat lucernam domini &c. Quia tales ab
honoribus excæcati diuinam ſibi factam gratiam no
attendunt,donec extinguantur, quod erit quando
fracta ceruice de ſede honoris cadent in die mortis
Non fuit de talibus Moyſes,de quo dicitur Deuter
ultimo quod uſque ad finem uitæ non caligauerunt
oculi eius,cum tamen fuiſſet factus dux populi. Qu
dam excæcantur longa conſuetudine peccatorum.Co
prehenderunt me iniquitates meæ, & non potui ut
uiderem.Iſti ſunt figurati per Iſaac.Geneſis uigeſimo
ſeptimo.Qui ſenuerat ualde habebatque annos mul
tos, & ideo caligauerũt oculi eius,qa Eſau maiori fi
lio ſuo bñone ſubtracta illã dedit filio minori.ſ.corpo
ri:pro eo,ſ.quod ſibicibaria præparat,& intulerat fr
udulenter.Hæc cibariaſũt carnales & corporales del
tię Iſaac igitur ſenex ẽ,qui ĩ pctõ antiquat⁹.Pſa.Inue
teraui inter oẽs inimicos meos &c.Baruch.3.Quid
Iſrael quod in terra inimicorum es,id eſt habitas.I
ueteraſti in terra aliena.Quidam excęcantur ex pro
prio ortu & ex proprio genere,& tales creantur c
ci a natiuitate.O quot ſunt cæci hac cæcitate per
ſi. Dixit enim optime iſte ſanctus cæcus. A ſecul
non eſt auditum &c.Non a ſeculo,quia omnis homo
ſi ad ſeculum oculum conuertat,erit cæcus a natiui
tate.



tate.Explica quomodo aut circa ſuam patriam, aut
circa conſanguineos ſemper eſt homo cæcus, quia
ſemper ipſi uidentur alios quantuncunque meliores
excedere,& ideo uolunt ſemper alios ſubiugare.Sed
remedium contra tales,eſt ponere lutum ſuper ocu-
los Quod utique licet poſſet de Chriſto exponi,cuius
generatio narrari non poteſt quem debes ſuper ocu
los ponere &c.remedium eſt tamen ponere de luto,
id eſt conſiderare fœditatem communem in ortu &
exitu tuo.Iob.32.Ecce me ſicut & te fecit Deus,& ex
eodem luto ego quoque formatus ſum.Et uade ad na
tatoria Siloæ,ad fluuium humilitatis,quæ ſunt aquę
currentes cum ſilentio,& mundaberis,ad humilita-
tem,ſcilicet Chriſti qui inquam Chriſtus eſt Siloa,
id eſt miſſus,niſi enim ille fuiſſet miſſus nullus fuiſſet
ab iniquitate dimiſſus.Quæritur dominus, & ob hoc
comminatus.Iſa.8.dicens.Pro eo quod abiecit popu
lus iſte aquas Siloæ(,id eſt Chriſti profundam humi
litatem,uel ſupernam gloriam,uel diuinam ſcriptu-
ram)quæ uadunt cum ſilentio,id eſt quæ tranſeunt
humiliter,uel quæ expectari non poſſunt. Quia ocu-
lus non uidit, nec auris audiuit &c. Similiter diui-
na ſcriptura humiliter tranſit.Sequitur Iſai.8. Et aſ
ſumpſit magis Raſin,quæ interpretatur pictura, id-
eſt mundi gloriam,quæ eſt ſophiſtica. Habet enim
apparentia,& non exiſtentiam.Et filium Romeliæ,
qui dominatur in mundo,& Face,quod interpreta-
tur oris aſſumptio,id eſt,ſtrepitus humani tumultus
filius Romeliæ qui ſublime tonitruum laborantium
interpretatur,uel frangens laborantes,quia Eccl. id
eſt quid habet, amplius homo de uniuerſo labore
ſuo quo laborat ſub ſole,Propter hoc, ecce adducet
dominus ſuper uos aquas fluminis,id eſt mundanarũ
tribulationũ aquã.ſ.intolerabilẽ,& multas quo ad nu
merum,Regem Aſſyriorum & omnem gloiram eius
&c.Item,uade ad natatoria, id eſt uade ad fontem

R 4 Chri-

Chriſtũ,& lauare aqua pœnitentię. Pœnitentia ua-
dit cũ ſilẽtio. Vel aqua gratiæ,uel aqua,id eſt appeti-
tu glorię,quę explicari non põt,uel humilis doctri-
na Chriſti quam uerbo docui,exẽplo multipliciter
firmauit &c.

## FERIA V. DOMINICAE QVAR-tæ quadrageſimæ De Filio uidnę Naym,a mortuus reſcſcitato.

ADoleſcens tibi dico ſurge.]Luc.7.Gratia ſpiri-
tus ſancti eſt uetuſtatis innouatiua. Adole-
ſcens. Tepiditatis incitatiua. Tibi dico. Sta-
bilitatis ſubleuatiua Surge.[*Erat Ieſus in ci-
uitate quæ uocatur Naym &c.*]Secundum quod ait Ri-
cardus ſuper Apo.li. 1. Mira pietas,mira clementia,
quãdo dominus poſt cõmiſſam culpã nõ ſtatũ infert
pœnam,ſed confert medelam gratiæ ,& reuocat ad
integritatẽ iuſtitiæ,ut perducat ad iocũditatẽ glorię
Reuera,niſi cadẽtes dominus releuaret,& eiſdem oc-
curreret per pœnitẽtiã ſubleuãdo culpã pauci uel
nulli eſſent qui ad gloriã peruenirẽt , Cõfert igitur
cadẽtibus medelam,quod bene inſinuat euangeliũ
hodiernum,in quo quattuor ponuntur,ſcilicet
Tranſgreſſionis excidium.[*Ibat Ieſus.*]
Compaſſionis præcordium[*Quam cum uidiſſet.*
Reuocationis prodigium.[*Et acceſſit.*
Venerationis præconium.[*Accepit autem.*]
Quantum ad primũ narrat euangeliſta quod Chri-
ſtus ibat in ciuitatem quæ uocatur Naym &c.& cum
eo ibant apoſtoli &c. Beda. Diuino nutu multa
turba Chriſtum ſequebatur, ut teſtes fierent mira-
culi.Et licet hoc dictum ſpecialiter intelligatur,ꝙ nũ-
quam Chriſtus uenit ad animam niſi cum eo ueniãt
diſcipulis eius,id eſt uirtutes,puta humilitas,manſue-
tudo,



tudo,caſtitas &c.& turba bonarũ operationũ,põt ta-
mẽ exponi quo ad clericos & religioſos , uidelicet ꝙ
quotiẽs ipſum Chriſtũ cõcomitantur cũ ſint eius ſpe-
ciales diſcipuli,ſemꝑ turba ſequitur copioſa . Et in
ueritate ideo turba non ſequitur Chriſtũ,quia Chri-
ſtiani omnes eo relicto fugiũt,ſicut accidit tẽpore paſ-
ſionis,peccatores aũt Chriſtũ tradũt,diſcipuli eo re-
licto fugiũt,& per cõſequẽs ſimplices deficiunt imi-
tari.Et utinam non plus facerent clerici & religioſi
quã fugere,ſed timeo ꝙ multi ſuo malo exẽplo ipſum
iludẽdũ gẽtibus , id eſt uulgo tradũt cõtra quos do-
minus.Vęh homini illi per quem filius hominis tra-
detur &c.Ibat igitur Ieſus , & cum appropinquaret
portæ ciuitatis,ecce defunctus &c. Ponit materiam
deſolationis multiplicem quæ inerat matri . Primo
quia defunctus filius eius erat.Matris namque uiſce-
ra pro eo qui ipſa dulcius diligit,citius ſuper filium
commouentur quam patris,tertij Regum tertio.Cõ-
mota ſunt quippe uiſcera eius ſuper filio ſuo. Citius
namque uulnus infigitur parti molliori & debillio-
ri.Mulier autem mollior eſt uiro,& ideo eius cor ci-
tius quãtũ ad oĩa uulneratur,ſiue timore,ſiue amore
ſiue dolore,ſiue rãcore.Et ideo citius ſuper filiũ eius
uiſcera cõmouẽtur.Dicũt tamẽ aliqui ꝙ ex eadẽ cau-
ſa,cæteris paribus,citius eius vulnus ſanatur , quam
vulnus inflictũ oſſi.i.patri. Ego tñ credo oppoſitũ,qa
(ut dicit Galenus )oportet mẽbrũ qđ dẽt ſanari cõſi-
ſtere in quiete. Vñ & propter hoc vulnus pulmonis ,
quia ẽ in cõtinuo motu,ẽ cõmuniter inſanabile. Cor
aũt mulieris eſt in cõtinuo motu,& in cõtinua cõcuſ-
ſione propter eius inſtabilitatẽ & mobilitatẽ,& ideo
uulnus doloris vel ęmulationis eius difficillime
ſanatur. Secundo quia erat ipſi vnicus,& ideo ma-
xime dilectus. 2. Reg. Sicut mater vnicum amat
filium &c.& per conſequẽs eius ſubtractio eſt magis
amara.Hieremias. Luctum unigeniti fac tibi plan-
ctum

ctum amarum. Tertio, quia ipſa erat uiri ſolatio de. ſtituta. Erat enim uidua non ſperans, ut ait Gregorius, in ſenectute filios procreare. [*Turba autẽ ciuitatis multa erat cum illa,*] quæ uenerat ad condolendum & cõſolandũ, & diuina diſpenſatione hoc geſtum eſt ut fierent teſtes miraculi quantum ad ſecundum dicit quod Chriſtus hanc ſic deſolatam & flentem aſpiciẽs eiuſque deſolationi cõpatiẽns miſericordia motus eſt ſuper eam, & ideo ipſam benignis uerbis conſolatus eſt, dicens, [*Noli flere,*] ſtatim reddam filiũ ſuũ uiuũ. O quot ſunt qui plorant corpus a quo anima recedit, & non plorant animam a qua lux gratię & vitæ recedit, cum tamen dicat Sapiens Eccleſiaſtici. 22. Supra mortuum plora, defecit enim lux eius, & ſupra fatuum plora, defecit enim ſenſu. O quot inſuper ſunt qui horreſcunt eſſe cum mortuo, qui mortuus fuerit in ſtatu pœnitentiæ, de quo probabiliter deberent credere quod ſicut animam, ſic & corpus bonus angelus præſeruat a maligno ſpiritu, & tamen non horrent ſtare cum illo, uidelicet publico peccatore, de quo ſunt certi quod habebat ſecum dæmonem? Quantum ad tertium dicit quod acceſſit ad feretrum ſiue ad loculum, & tetigit ipſum & ſtatim ad eius ſacratiſſimũ tactum portatores ſteterunt facti immobiles. Dicit autem Cyrillus quod ideo Chriſtus tangere, uoluit, ut efficaciã ſuæ carnis ſiue humanitatis ad humanam ſalutem oſtenderet, Qui autem ad eius tactum ſteterun t portatores mirandum non eſt, nam vt dicunt mundani ſapientes, eſt piſcis, qui dicitur formido marina ab effectu, cum in rete includitur facit formidare & obſtupeſcere manus piſcatoris. Igitur hic piſcis qui natiuit in aquis tribulationum huius mundi, debuit ſtuporem inducere ad tactum loculi ipſis portatoribus. Qui igitur eius humanitas habuerit uirtutem patet, quia magis erat ipſi unita diuinitas quàm ferro ignito ipſe ignis,



gnis, quia iſta fuit maxima unio poſt unionem quæ eſt in trinitate, ſed ferrum ex eius unione cum igne, habet operationem & efficaciam ignis igitur &c. Vn de ſtantibus portatoribus Chriſtus dixit. [*Adoleſcens tibi dico ſurge. Et ſtatim recedit qui erat mortuus, & cœpit loqui,*] credo diuinas laudes in recognitione benefici j ſibi facti, & tunc Chriſtus [*dedit illum matri ſuæ.*] Quantum ad quartum dicitur quod omnes circunſtãtes quidam timor reuerentiæ inuaſit ex ſtupore miraculi, & cœperunt magnificare & glorificare Deum dicentes, [*quia propheta magnus ſurrexit in nobis &c.*] Licet ſecundum allegoricum ſenſum poſſet exponi ciuitatem Naym eſſe hunc mundum, qui bene dicitur Naym, id eſt, motus, quia nunquam in eo eſt ſtabilitas, & dicitur ſimiliter fluctuans, quia nunquã eſt in eo tranquillitas. Cuius duæ ſunt portæ, una per quam pars ingreditur, altera per quam egreditur & hæc eſt mors, cuius lex eſt quod tantum inde homo extrahit quantum adducit, quia nudus ingreditur &c. Per hunc adoleſcentulum intelligere poſſumus hominem quemlibet huius mundi, qui mortuus effertur, dũ. ſ. omnes tendimus ad mortem. Cuius funeris portatores erant quattuor. ſ. elemẽta &c. Loculus, trãſgreſſionis lignũ, quod lignum Chriſtus tangens dũ. ſ. poſitus eſt in cruce, fecit ſtare, morti. ſ. imponendo terminum, & adoleſcentulum reſuſcitauit quia tunc abſorpta eſt mors in uictoriam, & hæc expoſitio eſt beati Ambroſii. Moraliter tamen aliter dicere poſſum ſequẽdo expoſitionem quã innuit Gloſſ. Theophili per hanc ciuitatem ſcilicet Naym fluctuãtem animum noſtrum intelligere poſſumus, quia ſcilicet fluctuat & agitatur cõtinue in hoc mũdo Hier. 1. Ecce dedi te in ciuitatem munitam. Huius ciuitatis portæ ſunt ſenſus, quibus eſt ingreſſus ad ipſam & regreſſus. Similiter Iſa. 54. Ponam portas tuas in lapides ſculptos. Sed quid dicitur Thren. 2. Defi-

xæ ſunt (inquit) in terra portæ eius, & contriuit uectes eius. Threno. 1. Omnes portæ deſtructæ, quia non eſt in eis cœnaculum. Vnde dicitur quod adoleſcẽs ferebatur per has partes. Per hunc adoleſcentem intelligimus liberum arbitrium, uel cor laſciuiens peccatoris. (Luc. 15) Hic eſt ille adoleſcens. Luc. qui omnia ſua conſumpſit. Hic eſt ille adoleſcens Eutychus ſeu Eutyches. Actuum. 20. qui a ſomno oppreſſus cecidit de feneſtra & mortuus eſt, tempore. ſ. quo Paulus diſputabat, & informabat, & quando domus erat plena lampadibus. Eutyches amens dicitur uel inſulſus. i. ſine ſapientiæ condimento, qui habens in domo conſcientię lampades diſcriminis, audiens doctrinam diuinę inſpirationis, cum ſopitur tentatione, cadit per culpã, & ſic moritur. Hic efferebatur. ſ. per opus, & erat unicus matri ſuæ. i. eccleſiæ, uel matri ſuæ. i. conſcientiæ, quę ipſum genuerat in Chriſto. Sed aduerte notandum, quod mortuus nõ ſolum per unam portam ſed per multas educitur, dum ſ. omnes ſenſus committunt flagitia, tunc per portas deduceris ad ſepulcrum mortis. Naum. 2. Portæ fluuiorum apertæ ſunt, & templum ad ſolum dirutum eſt. Et miles captiuus abductus eſt, & ancillæ eius minabãtur gementes ut columbæ murmurantes in cordibus ſuis. Portæ fluuiorum, quia per omnes ingrediuntur uoluptates ad inſtar fluuii. Ducitur igitur adoleſcens hic ad tumulum, dũ. ſ. effertur a cogitatione in opus. Loculus eſt, ut dicit Gloſſa, corpus, quod ſpiritum mortuũ portat uel delectat. Mater plorans eſt peccati conſcientia quæ continue lamentatur. Flebat mater eius lacrymis irremediabilibus. dicitur Tob. 10. Quia ipſa nimiũ ſtimulatur. Vidua eſt, a qua ſponſus receſſit. Threnorũ. 5. Matres noſtræ quaſi uiduæ. Portatores autẽ ſunt quatuor paſſiones, quę ſic ordinantur, quia ad pedem dextrum ſtat amor. Ad ſiniſtrum ſtat odium. Ad humerũ ſiniſtrum ſtat timor. Ad dextrum ſtat ſpes. Et qui idẽ recte dicitur, quod erat tibi turba copioſa. Vere enim





turba, quia conſcientiam ſemper turbat, non enim ſine magna proceſſione uult diabolus peccatorẽ ad tumulũ ducere. Et ideo proceſſionem ad morem aliorũ diſponit in hunc modum, ſecundum Bernardum. Crucẽ portat ambitio, incenſum portat detractio, aquã benedictam, imo maledictam portat oppreſſio: Cæreos portat hypocriſis. Cantores ſunt duo. Vnus eſt fallax confidentia diu uiuenti, & iſte cantat continue, Requiem æternam. Des (inquit) tibi requiem, quia adhuc reſtat de tempore. Alter eſt præſumptio de diuina miſericordia, quæ cantat. In paradiſum te ducant angeli. Officiũ facit ſuperbia. Quæ ſequuntur ipſam ſunt uanagloria a dextris, inuidia a ſiniſtris, deinde uadunt alia uitia, uidelicet ira, indignatio, impatientia, proteruia, blaſphemia, contumelia, arrogantia, iactantia, iniuria, uaniloquium, laſciuia, gula, curioſitas, inquietudo. Sed quid facit dominus? Occurrit ſic ducto, & tangit loculum, id eſt mentem. Tangit autem ut ait Bern. trib. uidelicet flagello caſtigationis. Iob. Miſeremini mei, quia manus domini tetigit me &c. (Iob. 19.) Inſpiratione 3. Reg. 19. Angelus domini tetigit Heliam. Helias interpretatur aſcendens uel robuſtus, & hic interdum dormit per culpam Apoſtolus. 1. Corinth. 11. Multi infirmi, & imbecilles inter uos, & dormiunt multi. Tangitur inſpiratione, comedit panem prædicatione, in qua narrat exempla ſanctorum. 4. Regum. 13. Latrunculi autem de Moab uenerunt in terrã ipſo anno. Qui dam autem ſepelientes homines uiderunt latrunculos, & proiecerunt cadauer in ſepulcrũ Heliſei, quod cum tetigiſſet oſſa Heliſei, reuixit homo & ſtetit ſuper pedes ſuos. Heliſeus interpretatur Deus meus ſaluator, Moab de patre, latrunculi dæmones, quos interdum occurrentes homo dum ſentit proijcitur a timore in foueam Heliſei, & ſic reuiuiſcit &c.

## FERIA VI. DOMINICAE quartæ Quadrageſimæ, De morte peccati in Lazaro, & de gratia Chriſti uiuificante.

EGo ſum reſurrectio & uita.*] Ioan.11. Diuina gratia habetur roborare ſtabilius, ego ſum. Reuocare ſalubrius: Reſurrectio. Conſeruare perfectius: Et uita. Erat quidam languens Lazarus. Secundum ꝙ ait beatus Greg.33. Moral.c.16. Pia De[i] diſpenſatione dæmon laxatus nonnunquam de culp[a] ad culpam trahit, & dum plus percutit, inde eum qu[em] cœperat, amittit, atque unde uiciſſe cernitur, inde ſuperatur. Sic ei domino permittente ut ibidem dicit, u[t] iuſtus cadat, ut ſcilicet uirtutibus, de quibus antea confidebat, radicem humilitatis faciat. Et licet exempl[a] de hoc habeamus quamplurima, ſpeciale tamen nob[is] exemplum proponitur in euangelio hodierno de Lazaro à Deo dilecto, quem ex languore mori, ſepeliri & corrumpi permiſit, ut ipſum ad uitam ſublimiu[s] reuocaret. In quo euangelio quattuor innuuntur, uidelicet

Calamitas infectionis. [*Erat quidem languens.*]
Sedulitas deuotæ petitionis. [ *Miſerunt igitur ſorore[s] eius.* ]
Vtilitas protractæ deuotionis dilationis. [*Vt igitur audiuit quia infirmatur.* ]
Immenſitas ſtupendæ reuocationis. [*Videns Ieſus.*]

Quantum ad primum, Erat quidā famoſus langue[ns] infirmitatis prolixitate. Lazarus, ecce nomen, a Bethnia, ecce locus, de caſtello Mariæ & Marthæ ſororu[m] eius, ecce cognatio. Et quia fuerunt multæ Mariæ, [ne] æquiuocemus, hæc fuit illa ſancta peccatrix, quæ ſcilicet unxit pedes domini. Quantum ad ſecundum, [*Miſerunt*



*ſerunt &c.* ] Non enim ad amantem inſinuare curant, [n]iſi, ecce quem amas infirmatur, quia ut ait Auguſtinus, non diligis quem deſeris. Inſuper quia ſanitate po[t]eſt homo bene, & male uti, ideo non eſt ſimpliciter poſtulanda. Ideo dicitur. Ecce quem amas infirmatur &c. quaſi dicatur, domine uideo neceſſitatem, fiat qđ conducere noſti ad eius utilitatem corporis, & animæ &c. Vide etiam quomodo hæ mulieres ſunt præciſæ, & illuminatæ in uerbo, non multum loquentes, ſed nec propter honeſtatem ad Chriſtum (ut ait Chryſoſtomus) accedere uoluerunt. Infirmitas hæc &c. quia ſanitas utriuſque hominis debebat ſuccedere ex gloria largitoris. Credendum non eſt quòd hanc reſponſionem Chriſti dixerint ſorores Lazaro, quia iam erat mortuus ante nuncij reſponſionem. Sed quid potuerunt dicere ſorores in reditu nuncij, quando iā erat mortuus? a Chriſto uidebatur oppoſitum dici. Reſpō[n]deo intellexerunt de uita reſurrectionis, ut patet infra. Diligebat autem &c. Hoc dicit ut non turbemur, nec ſiniſtrum aliquod opinemur cum uidemus iuſtas perſonas affligi, ut ait Chyſoſtomus, pro eo quòd dominus quos diligit corrigit & caſtigat. Præmittuntur autem ſorores, tum quia mediæ ſalutis recuperandæ, tum quia per illas Lazarus Chriſto adhæſit, & non e conuerſo, tum quia frater perfectior eſt, & hoc ad uerecundiam hominum. Quantum ad tertium, [*Vt autem audiuit manſit ibi &c.*] Auguſtinus. Diſtulit ſaluare &c. Nota. 12. horę ſunt diei. [ *Lazarus amicus noſter dormit, ſed uado &c.*] O quotiens hoc uerbum replicat Deus, ſed miſer peccator paululum dormit, & paululū dormitabit, non ſecundum Gloſſ. uult ſurgere. Vnde ſurge qui dormis &c. Dixit autem dormit, qui a Deo omnia dormiunt, ſicut tangit collecta. Item quia nunc ſic facit de ſomno ſicut dum a morte ſuſcitat. Item quia in ſpe reſurrectionis qui dormit ſaluus erit. Auguſtinus. Somnus ęgrotantium ſolet eſſe ſignum ſalutis,

tis, uirtutibus namque animæ quieſcētibus uirtus materialis roboratur. Dicūt tn̄ quidam ad literam ꝙ Lazarus ex infirmitate ad phreneſim uenerat, cuius remedium eſt ſomnus. [*Venit itaque & inuenit eum quatuor dies iam habentem.*] Auguſtinus. Prima dies eſt originalis. Secunda occaſus legis naturæ. Tertia legis ſcripturæ. Quarta legis gratiæ. [*Erat autem Bethania iuxta Hieroſolymam, quaſi ſtadijs.* 15.] Quia ſeptem pertinent ad obſeruantiam legis ueteris, & octo legis nouæ, & ſine his ſtadijs non itur in ſupernam Hieruſalem. Dicit diſtantiam quare multi Iudæi portant ex Hieroſolymis aduenisse. [*Martha igitur ut audiuit.*] Antiqui ori prius nunciatus eſt Chriſti aduentus. Noluit autem ſororē ſociam accipere ne Iudæos qui uenerant concitaret, quos ſciebat conſpiraſſe contra Chriſtum, ſed ſecreto acceſſit. Item quia ipſi uoluit ſingulariter loqui non in præſentia multitudinis, ut ait Chryſoſtomus. [*Vtique domine ego credidi,*] non incipio modo credere, uide fidem mulieris, conſidera uerba prudentiæ. [*Et cum hoc dixiſſet, abijt & uocauit ſororem ſuam ſilentio.*] ne uidelicet ſtrepitum faceret, ut Iudæi neſcientes quo iret ſequerentur ut miraculi teſtes fierent. [*Magiſter adeſt & uocat te.*] Licet hoc non præmiſiſſet euāgeliſta, da tibi hic intelligere Chriſtum. ſ. ꝙ eam uocaſſet Maria hoc audito cito ſurrexit. O quàm ſuauiter, o q̄ dulciter ſuum medicum & magiſtrum nominari audiebat. Cuius nomen ut ait Ber. eſt melos in aure, mel in ore, iubilus in corde. [*Et cum ueniſſet, cecidit ad pedes eius.*] Iſtum. n. fontem inuenerat miſericordiæ, & illum fontem nunquam potuit obliuiſci, & omittere. Cecidit & fleuit, & in duobus primis deuota Maria Martham exceſſit, quæ ſolum orauit. [*Domine ſi fuiſſes hic &c.*] Hæc eſt oratio quæ fuit Marthæ. Quantum ad quartum, [*Videns eam Ieſus plorantem, & uidens plorantes qui uenerant cum illa, turbauit ſeipſum,*] ubi datur intelligi forma exeundi a peccato, turbat eum in confeſſione, fre

mit



mit in contritione, plorat in ſatisfactione. Fleuit aūt ſecundum Auguſt. ſuper uulnera tua ut tibi periculū & grauedinem languoris oſtēdat, & ad fletū propriæ iniquitatis te adducat. Fleuit, vt ſcias quātū tibi boni fletus operantur. [*Vbi poſuiſtis*] eū, ubi infelix te poſuiſti? quia in luto fæcis. Item cum in fremitu uenit ad monumētū, ut tu ad te ipſum ſic facias. Leuauit oculos in cœlum, & regratiatus eſt patri, ne ſcilicet Iudeos prouocaret ad temeritatē iudicij, ꝙ faceret in poteſtate alia quam ſolius Dei. Item qu a uoluit oſtendere ꝙ Deo patri reuerentiā exhibebat & nō contumeliā, ut ſibi imponebāt. [*Clamauit uoce magna,*] quæ vox ut quidam dicunt audita eſt inferno. Voce magna, quia difficulter homo peccati cōſuetudine conſopitus reſurgit. Pro. Adoloſcens iuxta uiam ſuam etiam cum ſe- *Pro. 22.*
nuerit, non recedet ab ea. Moraliter, adhuc Chriſtus dicit nobis cōtinue, Lazarus amicus noſter dormit, ſed uado ut a ſomno excitem eum. Vide profundum inæſtimabilis pietatis, dormit peccator, negligit Deum negligit ſemetipſum, & tamē Deus nō deſiſtit, ſed nos excitare ſatagit a peccato, clamans exhortando uel cōminādo, dicens [*Lazare ueni foras.*] Ergo excitat Lazarum dominus a ſomno ſiue a morte peccati, & clamat Lazare ueni foras, ſed miſer peccator multipliciter ſe excuſat. Primo quidem qđ non poſſit, quia eſt lāguēs, Erat (inquit) quidā lāguēs &c. Infirmata eſt in paupertate uirtus mea. Itē quia ſolus erat, ideo quidā. Sed dicit Deus hæc excuſatio non ualet, quia infirmitas nō ē ad mortē, ſed pro gloria Dei, quia licet ſis infirmus, adhuc tn̄ nō es finaliter mortuus diſtēperatus es, nō extinctus. Igitur ante lāguorē adhibe medicinā, & tunc apud Deum inuenies propitiationem. Et ne dicas quod ſis ſolus, quia habes uel habere potes duas ſorores has, ſcilicet Martham & Mariam. Mariam, ideſt amaritudinem, & compunctionem, quæ ingemiſcat. Martham, id eſt, ſollicitudinem bono-

rum operum miſericordiæ. Quia ſi deus non ueniat ſed maneat in duobus diebus, ideſt differat illuminare intellectum, & imflammare affectum, nihilominus tamen indubitanter adueniet tẽpore opportuno. Quid mirum ſi aduocatus adueniat, qui non uocatus ingerit ſe? Secundo clamat iterum deus, Lazare ueni foras excuſat ſe peccator quia non poteſt, quia inquit Lazarus mortuus eſt. Pſal. Obliuioni datus ſum tanquam mortuus & cætera. Sed nec iſta eſt excuſatio, nam inquit mortuus es, quia non eram ibi, quia calce abiecisti me a te. Sed hoc non obſtante adhuc dico tibi, quia ego ſum reſurrectio & uita, & adhoc uenio per inſpirationem, uel per tribulationem, uel per prædicationem, ut a ſomno excitem te. Tertio clamat Lazare ue... Reſpõdit peccator, nõ poſſum, quia iam ſum ſepultus & iam fœteo in peccato. Pſal. Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ. Sed hoc non ſufficit. Ecce remedium. Vbi inquit poſuiſti eum? Leua in directa oculos tuos, & uide ubi nunc proſtrata ſit anima tua, quod ſi non potes, ſaltem dic. dñe, ueni & uide ueni per gratiã & uide, hoc eſt uidere, fac, ſ. ut recognoſcam. Quarto excuſat ſe peccator dum ſic dicitur, ueni foras, & dicit non poſſum, quia iam ſum tumulatus, ita enim iam

Pſal. 37 eſt clauſus quòd reſurgere non poteſt. Pſal. Iniquitates meæ ſuper greſſæ ſunt caput meum & ſicut onus &c. Sed hic dicit deus, remouete lapidem, ſcilicet per meæ paſſionis memoriam, quæ habet ſcindere cor lapideus & monumẽta reſerare. Quinto excuſat ſe quod

Pſal. 118 non poteſt quia eſt ligatus. Pſal. Funes peccatorũ circũplexi ſunt me, ſed dominus præcipiet, ſoluite illũ. Grãtia quidem ſoluit interius dum, ſcilicet de tuis peccatis confiteris ſacerdoti. Pſa. Dixi confitebor aduerſum

Pſa. 31 2 me iniuſtitiam meã domino, & tu &c. & tunc poteſt progredi per bona opera. Iterum Lazarus amicus noſter dormit, ſed uado ut a ſomno excitem eum, uide dementiam peccatoris, dormit peccator &c.

SAB-



# SABBATO DOMINICAE Quartæ Quadrageſimę De Chriſto luce.

QVi ſequitur me non ambulat in tenebris, ſed habet lumen uitæ. Ioan. 8.*] Gratia diuina eſt directiua ſemitæ. Qui ſequitur me. Excluſiua tenebrarum, Non ambulat in tenebris. Collatiua gloriæ? Sed habebit lumen uitæ, [*Dicebat autem turbis Iudæorum, ego ſum lux mundi*] Secundum quod ait beatus Greg. in regiſtro, ſi deus nobis teſtis in cælo, & teſtis in terra, & corde, dimittite loqui ſtultos foris quod. Quid enim aliud detrahentes faciunt niſi in puluerem ſufflant, atque in oculos terram conuertunt? ut dum plus uerbo detractionis perflant, illi non minus uideant lumen ueritatis. Ex quibus uerbis patet illud eſſe teſtimonium perfectum cui non poteſt uere ullatenus contradici, quod eſt in ore duorum, ſcilicet in conſcientia interius, & in cælo ſuperius, & ſi enim contradicatur, hæc contradictio nihil aliud eſt quam ſi ipſum uidentem dicat excæcari. Et hoc bene oſtendit nobis euangelium in quo quattuor innnntur uidelicet,

Præclaritas directæ informationis, [*Dicebat Ieſus.*]

Peruerſitas iniquę æmulationis. [*Tu de teipſo.*]

Auctoritas apertæ confutationis, [*Et ſi ego teſtimonium.*]

Maturitas tranquillæ declinationis, [*Hæc uerba locutus eſt Ieſus.*]

1. Dicit ergo quantum ad primam partem. [*Ego ſum lux mundi.*] Sicut enim dicit Gloſſa, Phariſæi fuerunt ſcandalizati de hoc quod Chriſtus faciebat peccatum dimitteudo, quaſi ipſe ſuper hoc non haberet auctoritatem expellendi tenebras culpæ. Vult igitur Saluator

uator oſtendere ſe habere auctoritatem expellendi tenebras culpæ, immo quaſcunque, & ideo dicit. [*Ego ſum lux mundi.*]Item vt ait Chryſoſtomus, alij dicebant Chriſtum prophetam non eſſe, alij prophetam, ſed ſolum patriæ determinatæ Genezareth. Chriſtus igitur volens ſe oſtendere generaliter totius mundi prophetam, dicit, ego ſum lux mundi. In quo tria facit. Primo præmittit ſuam perfectionem [*Ego ſum lux.*] Secundo ad ſuam vocat imitationem. [*Qui ſequitur me.*]Tertio oſtendit utilem conſecutionem, [*Non ambulat in tenebris*,] Vel præmittit ſuam diſpoſitionem & conditionem dicēs duo, ſ. ꝙ eſt lux, & ꝙ eſt lux mundi. Nota ſicut alias dictum eſt, quadruplex eſt mundus, ſcilicet artificus in mente diuina, mundus exter i s mundus minor. ſ. homo & mundus uniuerſus. Primus mundus eſt ſicut ars & exemplar, ac ſi coram auctore vel artifice eſſet diſpoſitus. Secūdus eſt extra productus. Tertius exemplaris. Quartus glorificatus & ſophiſticus ſicut falſa moneta. Filius Dei eſt lux omnibus iſtis mundis. Primo quidē modo eſt lux mundi, quia ipſe eſt lux plena omniū ratione uiuentium, quæ in eius luce manifeſtatū r. Non ſi quis uult legere indiget, luce ſicut artifex habet lumen artis apud ſe, & Chriſtus lucem habitat inacceſſi-
*1.Tim.6.* bilem, ait Apoſtolus. 1. Timot. Et ad Hebræos.
*Hebr.1.* Qui cum ſit ſplēdor glorię & figura ſubſtātiæ eius. Se-
*Exod.10.* cundo modo eſt lux mundi, quia ante aduentum eius erant tenebræ. Vnde tribus diebus factæ ſunt tenebræ in totam terram Aegypti, i. uſque ad tēpus legis gratiæ ſed in ortu Chriſti, Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam, habitantibus paganis in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis, &c. Tertio modo, mundi ipſe naturaliter eſt lux. Homo enim carens diuina fide eſt in tenebris, & in tenebris ambulat, & neſcit quo uadat, ſed per fidem & gratiam illuſtratur. Hæc eſt illa lux. Ioan. primo, quæ illuminat



illuminat omnem hominem uenientem in hūc mundum. Quarto modo, mundi eſt lux, ſed hanc lucem mundus percipere non poteſt, quia mundus eum non cognouit, lux in tenebris lucet, & tenebræ eam, &c. Ipſi fuerunt rebelles lumini, ſicut eſt lux mundi. Ecce eius perfectio. Verum quia omnis transferens ſe ad aliquam ſimilitudinem ſe transfert, idcirco ſciendum quod Chriſtus dicitur lux, quia ipſe luci comparabilis eſt. Eſt enim ut lux primo inflammatiuus caloris. Nam uidemus ex luce ignem accendi & corpora inflāmari, ſed hoc nō accidit niſi ubi eius radij maxime aggregantur. Vn̄ quia terra eſt ſicut cētrū, in ea ſunt magnæ inflāmationes, intantum quod tota comburreretur niſi contemperaretur a frigiditate & humore lunæ. Sic uere hæc lux Chriſtus inflāmatiua cordium, ignē Dei uenit mittere in terrā, nec uult aliud niſi ut ardeat, ſed hic ignis nō accēditur niſi ubi eius lucis radij aggregantur. Hoc autem ſolum fit in humilibus, q tenent locum centri, quia æqualiter a tumore circunferentiæ tenētur, quia ad circūferētiā qui ſunt, habēt cor tumidū & inflāmatū. Inſuper ſemper ambulat in magnis in corde ſuo, & circūferūt hincinde uarijs tētationibus cogitationis, ſolus aūt humilis ſtabilis eſt ad inſtar centri, ibi fit aggregatio diuinorum radiorum, ibi fiunt inflammationes. Exemplum huius de ſpeculo concauo. Sunt enim ſpeculum, quia ipſorum uita eſt ſpeculum & terra ab omni macula polita per manſuetudinem, quia nullā continet auſteritatem. Concauum per humilitatem, & ideo ex eo ignis accenditur ſicut experientia docet. Exemplum aliud de amphora uitrea repleta aqua, in qua conſimiliter ex radiorum concurſu ignis accenditur. Amphora humana conditio propter fragilitatem, loca debet eſſe a macula culpæ, plena non carnalitatis ſed munda, & clara, ſcilicet ſalutaris ſapientiæ & diſcretionis. Nam ſi eſſet uacua non ualeret. Sed tunc

eſt plena aqua quando eſt ibi clara inſpectio propriæ fragilitatis, tunc huic luci expoſita radios eius recipit & ipſos aggregans ignem accendit. Secūdo excitatiuus uigoris, & iſtud ſequitur ex primo, nā calor eſt inter omnia maxime actiuus ſicut natura docet. Habet enim ſemper eſſe quodammodo in motu & actione quia dilatat, ſicut frigus conſtringit. Sicut patet in congelatis Nam ſicut phlegmatica ſemper in quiete & pigritia eſt, & melancholia in occulto, ſanguinea in ſolatio, ſic eſt cholerica natura ſemper in motu. Nota quod cognoſcuntur in ploratu, quia ſemper amari ſtimulantur in corpore. Item in motu, quia ſemper ſunt uelociores, ſicut lux fit in inſtanti. Item ad omnē differentia loci, in multitudine reſpirationis, quia ſemper habet ſpiritum. Tertio eſt generatiuus coloris, nam elementia in propria natura nō ſunt colorata ſex ex permixtione elementorum generantur colores uarij, quibus homines uenuſtantur. Item nota quo modo terram in ſe diuerſas imagines imprimit, quia formam leoninam, dum. ſ. dat colorē fortitudinis, humanam, dū, ſcilicet dat actū prudentię &c. Quarto eſt fœcundatiuus valoris, facit enim terram cordis noſtri germinare. Item terra germinat aurum. Adapta uirtutibus, ſeptem uirtutes. Ponit ſecundū actū imitationis vt ipſum ſequamur, & ideo dicit. Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris. Magna gloria eſt ſequi Deū, dicit ſapiens. Et ſingulariter dicit ſequitur, quia ſuperbus vult Deū pręcedere, ut pręſuntuoſus & arrogans, cui dicitur, Vade retro Satana, id eſt, aduerſarie, quia nō ſapis quę Dei ſunt. Tales enim qui hanc lucē non ſequi, ſed præcedere uolūt, in manus incident inimici. Sicut habetnr figura Numerorum.
*Num. 14* De filiis Iſrael, qui contra conſilium Moyſi voluerunt aſcendere contra hoſtes cū tamen Moyſes eis proteſtaretur, Nolite aſcendere, non enim eſt Deus vobiſcum. Et ſequitur quod percuſſi ſunt a Chananæis & Amalechitis.



chitis. Aſcendere eſt per præſumptionē erigi, qui, ſ. de propria temeritate confidunt. Hi aſcendunt contra hoſtes, ſed quia De⁹ ipſos nō pręcedit, ideo Chananęi qui æmulatores interpretatur, & Amalechitæ populi brutales ſiue gens brutalis, peccata, ſcilicet & demones ipſos percutiunt, & corruere faciunt. Non ſic aūt accidit illis quos Deus præcedit. Qui ipſum ſequuntur faciliter ſuperant inimicum, ſicut habemus fi- *2. Mac. 1*
guram. 2. Machabæorum. de Lyſia qui congregato exercitu copioſo, ſcilicet octaginta milibus, venit contra Hieruſalem ut ciuitatem habitationem faceret gentibus templum uænderet, & ſacrificium immutaret, & ad cultum gentium transferret. Qui aſcendens prius inuaſit Bethſuram quæ eſt in anguſto loco prope Hieruſalem, & impugnabat eam, quia ibi erat pręſidium. Quod audiens Iudas Machabæus & qui cum eo erat in Hieruſalem, ad dominum cum lachrymis exclamabant ut bonum angelum eis in ſubſidium mitteret, quo facto Iudas armatus cum multitudine ſua, iter contra hoſtes arripuit. Et ecce apparuit angelus præçednes eos eques in ueſte candida, armis aureis, haſtam uibrans, & tunc omnes benedicebant Deum, parati non ſolum beſtias inuadere, ſed & muros ferreos duce præuio pertranſire. Et tunc cum hoſtibus confligentes proſtrauerunt es eis undecim milia perditium, & equitum mille ſexcentos, & Lyſiam tyrannum peſſimum fugauerunt. Moraliter Bethſura domus ſiue habitaculum fortitudinis, ſignificat propoſitum quod ſibi fecit homo confidens amplius non peccandi, & hoc debet eē præſidium, ut iter præcludat, ne hoſtis in Hieruſalem poſſit accedere, quam uult habitationem facere peccatorum, & conſcientiam uendere tanquam templum, dū ſacrificium immutaret. Hanc Bethſuram hoſtis primo aggreditur, quia hoc præſidio habito quo homo in

bono aliquo ſe firmauit, ſcilicet Iudæis confitentibus facilius credit capere ciuitatem. Exemplum de muliere, quam ut faceret uirum titubare primo decepit. Accedit autem cũ bis quadraginta milibus, quia trãsgreſſio peccatorum ex quadruplici paſſionis proueniẽs figurat eum quo hoſtis uult ſubijcere hominem. Ibi autem eſt duplex quadragenarius, ſcilicet transgreſſio quo ad cor, & quo ad operationem. Equites ſunt carnalia deſideria, quæ militant aduerſus animam. Elephites qui genua non curuãt, ſignificant motus ſuperbiæ & vanæ gloriæ, & aliorum vitiorum ſpiritualium. Sed quid debet facere Iudas? Ad Deum recurrere. Iudas confitens, Machabæus ingenioſus & induſtrius, & tũc angelus domini Chriſtus, ſcilicet angelus magni conſilij in veſte candida innocentiæ, in equo humanitatis cui inſedit diuinitas, in armis aureis virtutis & iuſtitiæ, & tũc proſtratis. 11. milibus, ſcilicet tentationibus cordis, opera diſplicibilia quibus tentatur fugat, & fugit Lyſias, id eſt dæmon generans tentationes, mille ſexcẽti equites perimũtur, dũ ſcilicet carnalia deſideria perimũtur. Sequitur conſecutio vtilitatis, quia non ambulat in tenebris, dux utilitatis, quia ſubterfugit tenebras ignorantiæ culpæ & pœnæ æternæ, id eſt tenebras exteriores. Ioan. Ego ſum via, contra culpam veritas contra errores, uita contra tenebras exteriores. Quantũ ad tertium probat Chriſtus tripliciter quod ſuũ teſtimoniũ eſt verũ, tum quia conforme certę notitiæ, quia ſcio vnde veni, tum quia ipſi concordans ſecum, & in ore duorum &c. vnde conſcientia interius & ipſe ſuperius, tũ quia teſtimonium verum non procedit a carne & a ſeruitute, nec eſt iudicium verum ſecũdum carnem, ſed eſt ſecundum rectitudinẽ rationis &c.

*Ioa.* 14.

DOMI-



# DOMINICA IN PASSIONE De Iudæorum obſtinatione, & incorrigibilitate.

## Sermo Primus.

EGo honorifico patrem meum.] Ioan. 8. Gratia diuina eſt contentiua excellẽtię ſingularis. Ego. Suaſiua reuerentiæ uirtualis. Honorifico. Accenſiua amicitiæ uirtualis. Patrẽ meũ & c. [*Quis ex uobis arguet me de peccato.*] ubi ſupra. Iuxta ſententiam beati Gregorii. 29. lib. Moral. 32. peccatum diſciplinæ correptionem recepit, donec animã in profundũ demerſit, nec deſiſtit ut ex hoc ipſam prouenire faciat in diſciplinæ contemptum. Vnde ſic dicit. Anima peccato in quo labitur non poteſt eſſe contenta dum quotidie ad deteriora deiicit, quaſi in puteo quo cecidit fũdum non inueniit quo figatur. Vnde bene dicitur Prouer. 18. Peccator uel impius cum in profundum uenerit, contẽnet. Ex his patet quod ſignum hominis reprobati eſt cõtemnere correptionem, & ſignum quod homo ad profundum peccatorũ uenit, quando habet Auditum clauſum. Affectum prauum. Aſpectum cæcum. Animum induratum. Quare igitur iniqui Phariſæi rebelles omni iuſtitiæ uiam omnimodæ reliquerunt ueritatis. Idcirco Saluator noſter ad profundum peccatorum ipſos deuenire oſtendit ex pręmiſſis quattuor, quę in euangelio hodierno oſtendũtur, uidelicet quòd ipſorum erat

Auditus iniuſtitia obturatus. [*Quis ex uobis.*]
Affectus nequitia deprauatus. [*Reſponderunt igitur Iudæi.*]
Aſpectus malitia excæcatus. [*Dixerunt Iudæi.*]
Animus pertinacia induratus. [*Tulerunt igitur lapides.*]

Quantum

Quantum ad primum dicit ſic, [ *Quis ex uobis &c.*] Vbi uult oſtendere quòd ratio quare iſti Chiſtum audire nolebant, non erat ex parte ſui, ſed quia eorum aures erant ad ueritatem obturatę per malignitatem, & facit talem rationem. Cum omnis homo naturaliter ſcire deſideret, quod aliquis alicuius doctrinam cõtemnat audire, non eſt niſi altera trium cauſarum, uidelicet aut propter malitiam ſiue peccatum doctoris. Aut propter falſitatem & errorem doctrinæ. Aut propter obſtinationem auditoris. Prima & ſecunda non ſunt in cauſa, ergo &c. Probatio minoris quantum ad utramque partem nam mea, ait Chriſtus, malitia non eſt in cauſa, quis enim ex uobis arguet me, &c Grego. Penſate fratres manſuetudinem dei, non dedignatur enim ex ratione oſtendere ſe non eſſe peccatorem, quia ex uirtute diuinitatis poterat peccatores iuſtificare. Dicit autem Origenes quòd ſolus Chriſtus hoc dicere potuit. (*Quis ex uobis &c.*) pro eo quod ipſe peccatum habere non potuit. Huius autem rationem aſſignare poſſumus, quia quanto res eſt uni extremo coniunctior, tanto eſt altero elongatior, humanitas autem Chriſti coniunctiſſima fuit diuinitati. Nam illa coniunctio fuit & eſt maior omni alia ſecundum Damaſcenum, & ideo maxime eſt remota ab altero extremo, ſcilicet a peccato, quod eſt nihil ſecundum Auguſtinum ſuper Ioannem. Item fons mari contiguus & ſubmiſſus non poteſt priuari aqua. Humanitas autẽ Chriſti uelut in plenitudinis gratiæ ſcaturientis eſt coniuncta diuinitati quæ eſt magiſtra gratiarum. Secundo Chriſtus probat eandem minorem quantum ad ſecundam partem, quia ego ueritatem dico uobis, & tamen non creditis mihi. Sequitur ergo ex hoc ꝙ uos obturaſtis audi um mentem ueſtrã a deo auertentes. (*Vnde propterea uos non auditis, quia ex Deo non eſtis.*) Nam in maliuolam animam non introibit ſapientia. Chriſtus ergo ſine peccato erat, & uerum dicebat

Pe-



Petrus, Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Nam omnes ſenſus ſunt nuncii cordis & ianua. Inquantum autem nuncii, libenter accedũt ad illa ad quæ eos cor tranſmittit. Inquantum autem innua, libenter ſuſcipiunt quæ cor diligit & acceptat, & illa diligentiſſime introducit. Ex his ſequitur quòd (*qui ex deo eſt uerba dei audit.*) Nota hic de illo qui portabat fimum, & fimo continue aduerſabatur, ſic multi quando de deo aliquid audiunt dormiunt ex faſtidio. Hi bene fuerunt figurati Nume. 21. in illis filiis Iſrael qui dicebant, anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo. Illis namque cibus diuinus generabat faſtidium quod illis ueniebat de ſecretario peccatorum.

Et Num. 11. commemorãt ſeptem, ſcilicet carnem, id eſt gulam, piſces, ideſt laſciuiam quæ ex gula ſequitur, quia homo qui delicate uiuit poſtmodum natare cupit in coucupiſcentiis carnalibus, contra quas eſt ieiunium inuentum, pepones, ideſt uanam gloriam, cucumeres frigidos, ideſt inuidiam, alia quę inflant, ideſt irã, Cepe quę fructificant in omni loco, ideſt auaritiã quæ ardet, porros, ideſt acidiam. Qui igitur talibus ſtimulantur, illi dulcedinem non percipiunt verbi dei. Sed quid interdũ facit deus, Complet ipſorum deſiderium, vt ſuũ furorem exagitet contra eos. Adhuc (inquit Num. propheta) carnes erãt in dẽtibus, & ecce furor domini cõcitatus in populum percuſſit eũ plaga magna nimis, & tunc mortui ſunt qui carnes, ideſt carnales & mundanos affectus deſiderauerũt. Nota de illis qui ueniunt ad prædicationem cauſa videndi, hi faciunt peius quam alii. *Num. 11*

Quantũ ad ſecundum oſtenditur affectus iniquus Phariſæorum in contumeliam prorumpentium.) Reſponderunt igitur Iudæi) Chriſto ( *& dixerunt*, ) quòd ideo nolebant uerba eius audire, tum quia eius doctrina erat erronea, tum quia ipſe peſſimus & infamis. Primum oſtendunt, quia ipſe erat Samaritanus, & per

conſe-

conſequens legis ſubuerſor & falſificator. Secundum probant, quia dæmonium habes, & per conſequens es homo deditus totus peccato. Dæmon qui in te habitat facit te loqui. Sed agnus manſuetus non conuiciando, reſpondit humiliter nullum peccatorem continere ueritatem. Et primo probat dupliciter ſe non habere dæmoniũ. Primo ſic. Ille non habet dæmonium qui patrē cęleſtē honorificat, nec ab hoc deſiſtit in cōtumelia nec in honore ſibi facto, ſed ego honorifico patrē meũ, nec ꝑ ꝑ ueſtras cōtumelias ab eius honore uolo deſiſtere &c. Probatio maioris, q̄a ſup̄bia dęmonis ſemper aſcendit. Pſal. Superbia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper, & talis deũ continue inhonorat. Secũ-
Hiere. 2. do ſic. Diabolus quæſiuit propriā gloriā quæ fuit cauſa ſuę ruinæ, ergo omnis qui habet dæmonem, ab ipſo habet gloriam propriā requirendam, ſed ego propriam gloriam non quęro, quod patet, quia non curo de meis contumeliis quas infertis, ſed potius cōmitto illas deo patri qui quærit gloriam meam, & ad quem pertinet talia ſcelera iudicare ergo &c. Tertium autē ꝙ non ſit legis ſubuerſor, probat per unam rationem. Vbi aduertendum quòd Chriſtus intentioni eorum reſpondit, non uerbis. Dixerant enim quòd Chriſtus erat Samaritanus, ex hoc uolentes dicere quòd Chriſtus erat ſubuerſor ueritatis & legis. Chriſtus igitur primum non negat, ſcilicet ſe eſſe Samaritanum, quia Samaritanus cuſtos interpretatur. Ipſe autem erat ille cuſtos de quo Pſal. Ecce non dormitabit neque dor-
Pſa. 120. miet qui cuſtodit Iſrael &c. Ille inſuper cui dicitur Iſai. 21. Cuſtos quid de nocte? Cuſtos qui non curat de nocte peccatorum, quid ad te de peccatoribus ſic in malitia obſtinatis & obtenebratis? Sed reſpondit, uenit mane, in ortu ſcilicet lucis meæ, quia ego ſum lux mundi, in quo mane hæ tenebræ poſſunt expelli, ſed poſtmodum ueniet nox futura, & ideo ſi quæritis quærite, ſcilicet quando dies eſt, & conuertimini & uenite.



te. Eſt igitur ut dixi Samaritanus ille qui curam egit ſancii, quem lex & prophetæ, ſacerdos & leuita incuratum relinquerunt, qui ipſum poſuit in iumento ſuo & apponit uinum a mortificatione doctrinæ & a putredine culpæ præſeruans & oleum lenitiuum clementię & miſericordiæ dulcorantis. Propterea igitur non negauit ſe Samaritanum eſſe. Reſpondit tamen intentioni eorum, oſtendens ſe non eſſe ueritatis legis ſubuerſorem, & arguens ſic. Ille non eſt legis ſubuerſor qui ad finem legis ducit, quia talis legem a fine proprio non diuertit, ſed ego ſum huiuſmodi. Probatio namque finis legis eſt uita. Vnde inquit Moyſes. Audi præcepta domini, ut ſis longæuus ſuper terram. Et Chriſtus etiam. Hoc fac & uiues, & [*Si quis ſermonem meum ſeruabit, mortem non guſtabit in æternum,*] & ut ait ſapiēs, Chriſti doctrina lignum eſt uitæ his qui apprehenderunt eam, & qui tenuerit eam beatus. Sicut ergo lignum uitæ præſeruabat a morte, ſic doctrina Chriſti a morte ſcilicet ſecunda. Vnde in æternum non guſtabit mortem nec culpæ nec pœnæ. Vel poſſumus ſic dicere quantum ad prædictam auctoritatē. Cuſtos quid de nocte, ſcilicet liberans. Duplex eſt nox ſcilicet culpæ & pœnæ, & ab utraque liberat. Auguſtinus. Idcirco una die & duabus noctibus Chriſtus fuit in ſepulcro, ut una luce diuinitatis ſuæ duplicem noctem auferret. Et reſpondit cuſtos uenit mane, ſcilicet iudicii, & nox, ſcilicet mortis, quaſi dicat, habere iſta in memoria, quia iudicii memoria aufert ſuperbiam, mortis memoria auaritiā & luxuriam. Si igitur quæritis, in horum memoria quærite & cōuertimini & uenite. Vel aliter, uenit mane proſperitatis, & nox aduerſitatis. Et ideo ſi quæritis in aduerſitate, quærite in proſperitate quo contra Hier. 2. Verterunt ad me terga, & Pſal. 73.
non faciem, & in tempore tribulationis dicent: Libera animas noſtras. &c.

Quantum ad tertium, oſtenduntur excæcati, & probant

probant triplicitter Chriſtum habere dæmonem, & per conſequens ipſum dæmonem eſſe. Primo cum dæmon ſit pater mendacij, ipſe in te habitans facit te ſic mentiri. [*Nam Abraham & prophetæ mortui ſunt.*] Tunc ſic. Aut doctrina Chriſti concordabat cum doctrina eorum, aut non, ſi non, ergo es legis ſubuertor, ſi ſic, ergo es mentitor. Secundo, quia ipſe qui ſe exaltat indigne ſuper maiores eſt dæmoniacus, tu es huiuſmodi ergo &c. Probatio, quia facis te maiorem Abraham, Tertio, quia ille qui ſeipſum non cognoſcit eſt excæcatus a dæmone, tu es huiuſmodi, quem.n.teipſum facis? quaſi dicant; tu cordis tumiditate dicis, Si quis ſermonem meum ſeruauerit &c. Sed ad iſta reſpōdit Saluator cum omni manſuetudine quantum ad tria præmiſſa. Primo, qui indigne ſe exaltat ſuper maiores, nō oſtenditur quærere gloriam, quia ſi ipſam quæreret, ipſa eſſet nihil, ideſt peccatum, ſed Deus pater ipſum Chriſtum exaltat, quia quærit gloriam eius, & filium glorificat. Secundo, quòd non præripio gloriam, dices quia cognoſco patrem, & tamen uos non cognoſcitis eum, immo ſi dicerem me eum non cognoſcere tunc eſſem mendax, negando uerum, ſicut uos eſtis mendaces, affirmando falſum, dicentes uos cognoſcere illum, cuius notitiam non habetis. Tertio, quòd dicitis Abraham mortuum, cōtra omnis mors de qua loquor, ad luctum, & tenebras terminatur, ſed Abraham non ſic eſt terminatus. Probatio. Exultauit enim ut uideret diem meum. Igitur ibi fuit lux quia uidit, & tamē accipiunt econuerſo, quaſi ſcilicet Chriſtus Abraham uiderit, dicentes. [*Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham uidiſti?*] Futura autem multa potuit Abrahā præuidere in ſpiritu, quæ tamen econuerſo eum non uident. Et ideo dicunt. [*Quinquaginta annos nondum habes &c.*]

Sequitur quartum, & patet. Moraliter. [*Si ueritatem dico, quare non creditis mihi?*] Miſera peccatoris conditio,



tio, redemptori credere nolens Pſalm. Generatio quæ non direxit cor ſuum, & non eſt creditus cum Deo ſpiritus eius. Et iterum. Non crediderunt in Deo nec ſperauerunt in ſalutare eius. Credidit tamen proditor 1. Mach. Locutus eſt ad eos uerba pacifica in dolo, & crediderunt ei, & irruit ſuper ciuitatem repente &c. Dic hanc figuram, ſi uis quomodo diabolus irruit ſuper ciuitatem. i. animā quando doloſe loquitur ut credamus. Percutit enim plaga magna dum .ſ. ipſam ſauciat culpa, quæ plaga niſi per ſupernum medicū curari nō poteſt. Vel uulnerat conſcientiam, perdit populum multum, quia omnia precedentia opera annihilat, accipit ſpolia, quia ipſam ſpoliat gratia, ſuccendit eam igni. i. quaſi feruorē mali deſiderii excitat, deſtruit domos. i. habitaculum conſcientiæ, diſſipat muros. i. diuinā præcepta, quibus ab hoſtibus tuebatur, captiuat mulieres i. opera miſericordiæ, natos. i. ſtabilitatē, pecora. i. ſimplicitatem cordis. Vel domos deſtructas poſſumus intelligere exempla ſanctorū in quibus debet homo habitare, quæ omnia exciduntur a corde. Iſta omnia miſer peccator attendit & tamen ab eiuſd omino ſeparari non poteſt, ſed potius ei credit, cum tamen dicat ei dæmō. Venite ſapienter opprimamus eū. Affligitur, deluditur, perimitur, & tamen negligit eius manus euadere, ſicut bene Exodi figuratur. Vbi dicitur quòd dixit rex Aegypti. Ecce populus filiorum Iſrael multus eſt, & fortior nobis eſt, uenite & ſapienter opprimamus eum, ne forte multiplicetur, & ſi ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis noſtris, expugnatiſque nobis egrediantnr de terra. Et ſequitur quòd impoſuit eis onera laborum triplicis generis. Primo uidelicet, ædificare ciuitatem tabernaculorum quæ erant in finibus regni, ut pro defenſione milites morarentur, & quantum ad hoc colligebant paleas, & faciebant lateres, & numerum debitum aſſignabant præpoſitis operum. Secundo portare lutum palearum, & uiarum in cophinis,

*Pſa. 77.*

*Exod. 1.*

nis,iuxta illud, Manus eius in cophino ſeruierunt. Tertio diuidere fluuium Aegypti in riuulos ad patriã irrigandam.Ecce tu miſer peccator credis,nec tamen per Moyſen,ideſt per diuinã legem uis ab illa miſerabili ſeruitute abduci.Nota,dicit dæmõ,uenite ſapienter opprimamus,quia primo decipit hominem ſapienter,poſtea opprimit,ne ſcilicet fruatur homo conſortio angelorum, & de terra egrediatur.Nota tres ciuitates tabernaculorum,tria uitia quæ ſunt in mundo, quarum una dicitur Phiton,& interpretatur os abyſſi,quæ ſignificat auaritiam,quę non ſatiatur diuitijs, uelut namque ligna faciunt ignem maiorem, ſic plerunque diuitię magis incendunt ad auaritiam & ardorem. Secunda uocatur Ramaſſes,quæ interpretatur commotio tineæ,& ſignat luxuriam,quæ ad inſtar tineę eſt de carne conſurgens, & carnem conſumit. Iſtam ciuitatem ſeu tabernaculum ædificat qui gulę & luxuriis deſeruit.Tertia dicitur Heliopolis,ideſt ciuitas ſolis,& ſignificat ſuperbiam & uanam gloriam. Sol enim dicitur ſolus lucens & ſignificat ſuperbum & uana glorioſum qui ſolus inter alios uult reputari & lucere.Hanc ędificant tyranni & oppreſſores & procuratores honorum. Et aduerte quòd bene dicuntur ciuitates tabernaculorum,quia ſicut tabernaculum eſt habitaculum quod transfertur de loco ad locum, ſic hic ſunt ædificia non manentia.Iob.15.Ignis deuorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiũt. Tabernacula ſunt in qibus nobiliter habitamus. Ad has ciuitates ædificandas ſpargitur populus Iſrael per Aegyptum,ideſt per mundum,colligit latera,ideſt carnale & terrenum deſiderium apponit indebitæ delectationis,colligit paleas,ideſt peccata,cum quibus ipſe eſt finaliter comburendus. Succendit ignem furoris mali deſiderii. In his ciuitatibus habitant milites Pharaonis,ideſt carnalia deſideria,quæ militãt aduerſus animam,ut tributa accipiant operum noſtrorum

ut



ut nec ingredi nec egredi permittant aliquem ſine tributo & ſeruitute.Colligunt inſuper lateres,dum, ſcilicet non conſiderant propriam fœditatem, ſed illam a ſua conſideratione abiiciunt, cum tamen Mich. Humiliatio tua in medio tui, diuidunt fluuium. i. diuitias uel delitias,quas trãſmittunt ad omnes. *Mich.6.* Moraliter loquitur nobis Chriſtus.[*Si ueritatem dico uobis.*]Regula enim eſt apud doctores & magiſtros, quod unicuique experto in ſcientia ſua credendum eſt,ſed proh dolor oĩbus nondũ expertis & lenonib.creditur, creditur Priſciano de grammatica.Ariſtoteli de logica,& ſyllogiſmis,& ſic de aliis auctoribus,ſoli Chriſto credulitas denegatur,& tñ ipſe dicit conquerendo, Si ueritatem dico uobis(Si.i.quia)quare non creditis mihi? Sarraceni Mahumeto fidem adhibent, & ſic de aliis. Soli Chriſtiani Chriſto credere dedignãtur. Credunt mundo,credunt dęmoni,credunt carni,credunt peccatis,quæ omnia nituntur animam demoliri,ſoli ueritati credulitas denegatur.Mihi inquit Chriſtus debetis credere multiplici ratione, uidelicet, Quia in me eſt ueritas uitæ. Quis enim ex uobis arguet &c.

Veritas doctrinę,quia ego ueritatem dico uobis.

Veritas iuſtitiæ quia tribuit unicuique &c.

Veritas famę,quia Abraham exultauit ut uideret &c.

Veritas eſſentiæ, quia antequam Abraham fieret ego ſum.Eſt enim ueritas quæ conſiſtit in communicatione ad alterum uelut ad alterum, & hęc ueritas in me eſt,quia ego gloriã meam non quæro, ſed honorifico patrem meum.Si igitur ueritatem dico uobis, quare non creditis mihi? O ueritas ſplendida, ſplendida & luminoſa,quæ a miſeris ſic miſerabiliter reprobaris. Iſa.59. Corruit ueritas in plateis,ubi iuſtitia non potuit ingredi,ut eam ſubleuare, poſſet. Oſee. 4. Non eſt ueritas Dei in terra. Dan. 8. Proſternetur ueritas in terra. *Dan. 8.* Ergo ſi non credere uelimus ſaltem ipſum audiamus quid dicere uelit, ſi nos poſſumus

 aliquo

aliquo modo ad credulitatem inducere.Loquere igitur domine,ecce promittit,Quis ex uobis arguet me? uere nullus, quia domine tuus affectus eſt plenus charitate & dilectione,tua mens ſuauitate, tuum cor humilitate, tua caro puritate, tuus affectus ueritate, tua manus largitate,tua opera ſanctitate & exemplaritate,a ueſtigio enim plantæ pedis uſque ad uerticem capitis nõ eſt
2.Re.14 in te macula,ut dicitur.2.Reg.14. Nota figurã quomodo tondebatur, quia grauabat eum cæſaries. Abſalõ eſt Chriſtus filius dei patris cæſaries, affectus charitatis dominicæ procedens.Itaque fuit ipſe ſuſpenſus in ligno in nemore huius mundi, cui ligna ipſum impoſuit mulus ſuper quem inſidebat.i. ſterilis populus Iudæorũ cui inſidebat per doctrinam. Hæc eſt illa cæſaries qua mulieres Iſrael.i. animæ fideles ſua ornabant capita, quia Chriſti uirtutibus qui eſt caput noſtrum noſtræ mẽtes ornantur.Hæc cæſaries ponderat ducentis ſiclis,quia cõtinet perfectionem utriuſque ſtolæ & utriuſque uitæ. Sic igitur hic Abſalon patris filius fuit, ſic in omnibus mirabiliter ſpecioſus. Propterea nullus ipſum poteſt arguere de peccato. Si Igitur Chriſtus ait, nullus me de peccato poteſt arguere igitur filiæ Hieruſalem quæ uos in ea ornatis cæſarie ſuper uos flete,quia ſi oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam quo modo tu plenus peccatis cũ delitiis ingredi poterit alie
*Act.* 14. na?Nam per multas tribulationes &c.dicitur Actuum, Attẽde ſanctos ut nõ per uiam carnalitatis inceſſerint. Igitur ueritatem dico uobis, ſed uos non creditis mihi. Ego te emi ſanguine innocentię,tu te uenundas ſub peccato. Sed utinam huic ingratitudini nõ addamus cõtumeliam & perſecutionem. Chriſtus namque abſcondit ſe propter te in utero uirginis,& egreſſus eſt de templo cælorum.Pſal.in templo eius omnes dicẽt gloriam.
*Pſal.*64 Iterum egreſſus eſt de templo uteri uirginalis. Pſalm. Sanctum eſt templum tuum,& abſcondit ſe, quia uere tu es Deus abſconditus ſub veſte humanitatis. Item vt te



te pacificaret egreſſus eſt de templo corporis ſui. Soluite templum hoc &c.Et abſcondit ſe in monte, abſcõdita eſt fortitudo eius &c.vt ſcilicet te in ſuo ſanguine pacificaret,nunc ad tuę conſcientiæ templum ingreditur,& tu miſer lapidas eum,nec ei vis tributum reddere quod teneris.De hoc figura.3.Reg.12.de Roboam qui dilatans populus interpretatur.Deus pater qui genus humanum dilatauit,ad ipſum Iſrael qui a Deo apoſtatauit,miſit Aduram, qui fluuius ſ. pietatis & ſanguinis,exaltatus in cruce interpretatur, quem populus lapidauit,& conſtituit ſibi dominum populus memoratus Hieroboam qui eſt diuiſio populi,& ſuperius diju dicans,qui nunquam permiſit populum ipſum ad Deũ conuerti, ſed conſtituit ei idolum in Bethel quæ domus Dei interpretatur,quia intrauit in conſcientiam, & in mentem ubi eſſet domus Dei, Sed veritatem dico vobis.Dicit nobis veritatem quando docet nos mũdum contemnere,& nos non credimus ei &c.

## EADEM DOMINICA, De Chriſti Pontificatu ſuper Epiſtõ.

### Sermo Secundus.

CHriſtus aſſiſtens pontifex futurorum bonorum.*] Ad Heb.7.Secundum quòd ait Apoſtolus ad Hebręos.10. Lex vmbram eſt habens futurorum bonorum. Sicut enim umbra nihil ad perfectum ducit,ſic nec lex,ut ibidem dicit in eadem epiſtola.7.cap. Quia opera Dei perfecta ſunt, & Deus ut ait Auguſtinus, imperfectum nihil relinquit quin ad perfectum deducat,idcirco imperfectionem legis, & per conſequens ſacerdotij legalis,ut ad perfectionem reduceret

ceret ipſam, in legẽ tranſtulit gratiæ quę eſt utique lex
libertatis. Hæc autem translatio facta eſt in Chriſti paſ
ſione, cuius myſteria hodie inchoantur, in qua Chri-
ſtus conſtitutus eſt ſacerdos & hoſtia. Et ideo nunc ad
translationem eius nos diligenter pręparemus. Apo-
ſtolus facit in hodierna epiſtola comparationem legis
teſtamenti ueteris ad teſtamentum nouum, & ſacrificij
oſtendens legem nouam perfectiorem quo ad tria, ui-
delicet quo ad perſonam ſublimiorem, quia ibi pecca
tor, hic Dei filius eſt pontifex. Ad hoſtiam ſynceriorẽ,
quia ibi uitulus, hic Chriſtus Dei filius offertur.
Ad efficaciam ſublimiorem, quia ille oſtendebat mun
da corpora, hic autem mundas animas. Ephe. 5. Seme-
tipſum pro nobis obtulit.

Decretum legis Moyſi, & ueteris teſtamenti cõſiſte
bat. 1. In ſacerdotio externo. 2. In cultu corporali. 3.
in tabernaculo, ſeu templo manufacto. 4. In ſacrificio
externo. 5. In purificatione externa.

Decretum euangelij, quod habet nouum teſtamen
tum 1. habet ſacerdotium internum, a Chriſto in-
ſtitutum. 2. cultus ſpiritualis. 3. Spirituale tem-
plum. 4. ſpirituales uictimas, & cæremonias. 5. in-
ternam purificationem. Vide quàm magnum ſit di-
ſcrimen?

Primo Aaron eiusq; ſucceſſores pontifices, incede
bant redimiti cultu auri, & argenti, perficiebant ſacer
dotium externo apparatu, & cæręmonijs, impetrabãt
populo Iſrael purificationem externam. Chriſtus in-
gredibatur expolians diuini ſpiritus ornamentis, inar
debat diuina charitate, obedientia, & patientia, obtu-
lit uictimam in cruce, & impetrauit ſemel remiſſio-
nem peccatorum, quare dixit in Ioan. 19. conſuma-
tum eſt.

Secundo Aaron, & ſui pontifices, ſemel tãtum, quot
annis ingrediebantur in ſancta ſanctorum reconcilian
tes populũ ad tẽpus p ſanguinẽ Hircorũ, &c. Chriſtus
ſe-



ſemel in cruce, ſeſe obtulit, & pro noſtris, ac totius
mũdi peccatis, mortuus eſt, atq; unica oblatione, hoc
fecit, uolens ut eius ſacrificii ſemel facti recordemur,
per conſecrationem, & poteſtatem, quam dedit ſa-
cerdotibus conſecrandi ut patet in Luca 23. Tertio
Tabernaculum Moyſis fuit diſtinctum in atrium, &
ſanctum, in quo fuit candelabrum, menſa, & alta-
re, in eo quotidie ſacerdores offerebant uictimas,
Erat etiam ſanctum ſanctorum uelut chorus noſtri tẽ-
pli, habebat arcã teſtamenti, ſupra quam Cherubin, &
põtifex in eo ſummus, ſemel quot annis intrabat obla
turus, pro ſe, & populo. Nunc homo eſt templũ ſpũale
tres partes habens, corpus quo operatur externè. Ani
mũ, quo cõprehendit rõni conſentanea: Spiritum, quo
cõprehendit inuiſibilia Chriſtus aũt, uerus & ſummus
põtifex noſter, mediator eſt, & interceſſor pro nobis a-
pud patrẽ 1. Tim. 2. ſed Chriſtus (hic in propoſito) eſt
tabernaculũ in quo cõtra diabolũ pugnauit. Vnde Da Dan. 2.
uid. In ſole poſuit tabernaculũ ſuũ. Et fuit Chriſtus [*ta
bernaculũ non manufactũ*] quia opere ſpũs ſancti conce-
ptus fuit lapis abſciſſus ſine manibus. Ideo dicitur [*põti-
fex futurorũ bonorũ*,] quia per eius pontificatũ, in bona
uera non figuralia cœleſtia nõ tẽporalia introducimur.
4. Pontifex legalis ſacrificio externo utebatur, ſangui-
ne .n. beſtiarũ ſacrificabat, qui ex uirtute propria non
poterat quemquã iuſtificare, neq; in cœlũ introducere
Chriſtus ſanguine proprio ingreſſus. Ephe. 5. Vnde nõ
carnem, ſed animam mundat, & ubi ſanguis ille ab
exteriori macula purificabat, ſcilicet a contactu mor-
tui, Chriſti ſanguis, mundat interius conſcientiam,
quod fit per fidem Act. 15. [Et *ideo noui teſtamenti
mediator eſt, &c.*] Nota ergo quàm magnum diſcri-
men ſit, inter uetus, & nouum teſtamentum, &
cognoſce quod nouum teſtamentum præfertur uete-
ri, quia poteſt, quod non poterat uetus, & prædictum
eſt a Hieremia. Hinc eſt, quod dixit Apoſtolus Hier. 31.

cap.8.Hebræorum.Talem habemus pontificem, qui conſedit in dextera ſedis &c.Vide quintum & ſextum caput Epiſtolæ, & uidebis paulum oſtendere Chriſtũ eſſe pontificem,atque excellentiorem pontifice ueteris legis.Exercuit pontificale officium, pietatem habuit, non promouit ſeipſum ad pontificatum,fecit pontem è terra, ad cœlum præeminet Melchiſedech, Moyſi, Aaron,& Leuitis.Verum ſicut Chriſtus eſt aſſiſtens pō tifex,&c.Ita,nos debemus Deo aſſiſtere. Primo affectuoſa uerba promouendo, quibus interior ſpiritus ad deuotionē excitetur (ut dicit Diuus Aug.ad proban.) Secundo lachrymas copioſas fundendo, quibus neſcio (ut dicit Chryſoſtomus) quid Deo gratius eſſe poſſit, quando,ſcilicet ex dolore peccati procedunt. Tertio uulnera peccatorum noſtrorum ei præſentando, ut ſanentur,dicens cum Pſalmo Miſerere mei Domine,quoniam infirmus ſum. Sic enim ſpiritualis Pontifex, & Sacerdos homo efficitur, ſemetipſum Deo offerendo. Quod nobis concedat Dominus.

## FERIA SECVNDA IN PASſione. De malis, quæ ex ſuperbia, & inuidia oriuntur.

SI quis ſitit ueniat ad me.] Ioan.7. Dominus noſter Ieſus Chriſtus uolens nobis ſuę gratię beneficium impartiri,in uerbis propoſitis tria facit. Primo nanque ſupponit indigentiam, [*Si quis ſitit.*] Secundo imponit confidentiam, [*Veniat ad me.*] Tertio promittit affluentiam, [*Et bibat.*] Apoſtolus Paulus ad Rom. 12. Tribuit nobis formam qualiter debeamus inimicorum, ſeu perſecutorum noſtrorum malitiam ſuperare dicit ſic.Noli uinci a malo, ſed uince in





bono malum. Et in quo bono debemus uincere malum ipſe explicat ibidem, quòd hoc debet fieri ſpecialiter in duobus, ſcilicet in humili, uel in molli reſponſione. Benedicite perſequentibus uos, benedicite, & nolite maledicere, humili nanque reſponſione ſtatim mens elata proſternitur. Sicut enim dicit ſapiens. Prouerb. Reſponſio mollis frangit iram, econtrario ſermo durus ſuſcitat furorem'. Et Eccleſiaſtic. 6.Verbum dulce multiplicat amicos'. Vnde, & uerbum placabile lignum uitæ. Secundo in pingui, uel fertili cibatione. Si inquit eſurierit inimicus tuus, ciba illum, ſi ſitit, potum da illi. Hoc enim faciens carbones ignis congeres ſuper caput eius, ideſt ardorem pœnitudinis de offenſa. Quia igitur hic eſt modus, ideo iſtum modum in ſuis actibus Saluator uoluit nobis oſtendere,ſicut manifeſtat euangelium hodiernum quàm humiliter reſpondit,& quàm largiter ſe obtulit. *Prou.15*

Et tanguntur in eo quattuor uidelicet

Temeritas ſiue malignitas præſumptionis illorum, ſcilicet iniquorum Iudæorum, & Phariſęorum. [*Miſerunt principes.*]

Humilitas reſponſionis.[*Dixit eis Ieſus.*]

Obſcuritas locutionis.[*Dixerunt igitur Iudæi.*]

Fertilitas oblationis.[*In nouiſſimo autem.*]

Vel poſſum dicere quòd tria ponuntur in euangelio uidelicet

Iniqua legatio peruerſi generis.[*Miſerunt.*]

Benigna reſponſio tranquilli pectoris. [*Dixit eis Ieſus.*]

Paterna oblatio fœcundi muneris. [*In nouiſſimo.*]

Moraliter autem omnia uitia lapidant Chriſtum, & ipſum fugant de templo conſcientiæ prout heri dictũ fuit,ſic mittũt nuncios deteſtabiles ad ipſum per mundum de corde & conſcientia.

Inter alia uitia ſunt duo pernicioſa,ſcilicet ſuperbia ſignata per principes,& inuidia ſignata per Phariſęos,

quę ſalutẽ perimunt, nec eam dimittunt quieſcere. Et enim bene uidemus quod hæc duo uitia nihil ſecum breuiter compatiuntur. Nam ſimile naturaliter appetit ſuum ſimile, non ſic de ſuperbo, qui cum ſuperbo non poteſt quieſcere, ſimiliter ne inuidus. Quot autẽ miniſtros hæc uitia mittãt ſatis patet. Plures namque
4. Re. 6. tranſmittunt quam ſciremus exprimere, Sed de talibus dominus conqueritur dic. Nunquid ſcitis quod miſerit filius homicidæ huc, ut præcidatur caput meũ. Narra hiſtoriam ſuccincte, quomodo Samaria obſidebatur. Ioram excelſum peccatorem ſignificat qui ſe
Pſal. 17. erigit contra Deum. Pſa. Et ſuper excelſa ſtatuens me. Huic regnum Samariæ, id eſt animæ uel conſcientiæ committitur. Contra hunc aſcendit rex Syriæ, ſcilicet dæmon, obſidet ciuitatem, id eſt animã, facit in eam famem & appetitum terrenorum. Mulier, id eſt uoluptas ardore deſiderij coquit ſpiritum tanquam filiũ, & ipſum cum ſenſualitate comedit, ſed ſenſualitas ſenſualem appetitum cogere non uult tunc peccator Ioram qui in tali tẽtatione deberet ad Deum recurrere in contumaciam ueniens, uult perimere. Heliſeum id eſt Saluatorem Chriſtũ, & mittit nunciũ, immo plures nũcios. Hos nũcios miſerũt Iudæi, ſed aduerte quid dicit dominus eis. [*Adhuc modicum tempus &c.*] Nota nõ permittit ſe adhuc interfici, ſicut nec Heliſeus. Et dicit. [*Adhuc modicum tempus.*] Quamdiu peccator eſt in ſpe ſalutis, Chriſtus adhuc eſt cum eo, ſaltem quantũ ad ſpem, quæ poteſt peccatori de ſuo ineſſe conuerſione. Facit autem Chriſtus nos conſiderare ſex, quibus nos debemus moueri ad pœnitentiam, uidelicet

Breuitatem temporis [*Adhuc modicum tempus*

Charitatem muneris. [*Vobiſcum ſum.*] id eſt ad ueſtrã utilitatem.

Benignitatem intentionis. [*Ad eum uado qui miſit me.*]

Grauitatem ſiue malignitatem criminis [*Quæritis me.*

Sub-



Subtractionem miſericordiæ ſine remedij. [*Non inuenietis.*

Illatione ſentẽtiæ. [*Vbi ſum ego uos non poteſtis uenire.*] Vere ad eum ire non poſſumus, dum ſcilicet proximũ offendamus, quaſi dicat, non poteſtis eſſe in humilitate ſicut ego ſum. Verum quia ſine ſubſidio gratiæ ad eum peruenire non non poſſumus, ideo [*in nouiſſimo die feſtiuitatis ipſe clamabit Si quis ſitit ueniat ad me & bibat.*] Sitim autem prouocant aſperi labores, quibus homo laborat inutiliter. Inſipidi ſapores, quibus guſtus interior afficitur. Feruidi calores, quibus conſumuntur humores. Turbidi langores quibus fiunt alterationes. Supponit ſitim & ad potum inuitat non aquæ nociuæ, ſcilicet delectationis terrenæ, ſed ſupernæ, quæ eſt aqua uiua. Nam delectationes mundanæ ſunt aquæ periculoſæ quæ demergere habent animam. Et ideo delectatio dicit. Si quis ſitit in mari, id eſt in amaritudine culpæ, tandem habebit amaritudinem pœnæ. Hæc autem eſt aqua quam diabolus miſit poſt mulierem. Apo. 12. Vide figuram. Hic nãque fluuius eſt delectationis mũdanę memoria. Et ideo bene poſt mulierẽ mittitur. Ibi notatur quo ad figurã, ꝙ filiũ quẽ parit, concepit ex Deo. ſ. gratia. Vnde ſpiritus ſanctus ſuperueniet in te Lucæ. 1. Hanc uult draco deuorare, quã etſi cõceptionẽ impedire nõ potuit, ſaltẽ per inanẽ gloriã uel ingratitudinẽ uult ipſam perimere. Nota periculũ eſt puerũ nudare & exponere aeri uel uẽto ꝓp teneritudinẽ, ſic de opere nouiter facto &c. Ideo uadit mulier ad ſolitudinẽ, Puer aũt tũc accipitur a Deo ꝗ in uita eũ cõſeruat. Aduertendum tamen quod iſtis aquis & hoc fluuio eſt licitum ut temperate, & quia illi bellatores uſi ſunt, De quo exemplum & figura de Gedeone Iudicum. qui ad fontem aquæ elegit populũ qui erat cum hoſtibus pugnaturus & habiturus uictoriam, & fuerunt. 300. in uniuerſo. Gedeon interpretatur humilitatis deprecatio, ille qui dicit. Matth. Diſcite a me

a me &c.Hunc deus pater ducem & redemptorem cō
ſtituit.Prope aquā delectationis genu flectentes ſunt
illi qui diſſolutis greſſibus & abſque reſpectu non
aquas ſibi,ſed ſe aquę applicant.econuerſo faciunt bo
ni,& ideo illis ſolum datur uictoria de hoſtibus,& di
cuntur.300.centum propter cumulum perfectionis,
tres quia ille numerus ſolus eſt ſuo aggreganti imme-
diate unitus,quem uelut fidelis ſequitur ſcilicet bina
rium charitatis geminatæ.Hanc aquam non dat deus
ſed aquam uiuam. Et ſignanter dicit flumina,quia
fluuius eſt Sonorus concuſſione.Largus effuſione.Ra-
pidus ſiue feſtinus commotione.Procliuus deſcenſio
ne.Recuruus inceſſione. Sic gratia ſpiritus ſancti eſt
ſonora, quo ab honeſtam locutionem.Apoca.10.In
ore ipſorum dulcis reſonebat ſonus.Marc.Vltimo.Lin
guis loquentur nouis.Larga quo ad charitatiuā cōmu
nicationem,quia dat res temporales ſubueniēdo cor
compatiendo.Corinth.11.Quis infirmatur & ego non
infirmor &c.Eccleſ.24.Ego ſapientia effudi flumina.
Rapida,quo ad promptam operationem, quia amor
dei ſecundum Auguſtinum neſcit eſſe otioſus. Procli-
ua deſcenſione,ſcilicet per humilitatem.Recurua quo
ad gratiarum actionem. Item quo ad reductionem,
quia ſicut a deo uenit ita ad deum perducit.Vnde hic
dicitur aqua uiua.4 Reg.3.Facite alueum torrentis hu
ius foſſas & foſſas.Hæc enim dicit dominus.Non uide
bitis uentum neque pluuiam,& alueus iſte replebitur
aquis, & bibetis uos & familiæ ueſtræ & iumenta
ueſtra.Inſuper tradet Moab in manus ueſtras. Facite
alueum torrentis,hoc eſt in uobis ipſis ſit torrens pœ
*Pſa.123* nitentia,quæ per uos tranſire debet. Pſalm. Torren-
tem pertranſiuit anima noſtra.Hic eſt torrens ad quē
dominus deſtinauit Heliam. 3. Reg. 17. Vade contra
orientem,hoc eſt,contra mundi gloriam,& abſconde
re in torrente Carith,qui occurrens ignis,ſcilicet amo
ris,uel occurſus igneus,ideſt incendii interpretatur,
qui



qui eſt contra Iordanem,ideſt contra refluxum, & ibi
de torrente bibes.Hic eſt torrens.Hiere.31. Adducam
eos per torrentem aquarum in uia recta,& non impin
gent in ea.Foſſas & foſſas, ideſt duplicem humilita-
tem cordis & conuerſationis.Matth.11.Diſcite a me,
quia mitis ſum &c.Hæc dicit dominus.Non uidebi-
tis uentum,ideſt tentationem obnubilantem cōſcien
tiam,nec pluuias,ideſt delectationes diſſoluentes, &
alueus iſte replebitur aquis,ſcilicet gratiæ.Alueus ēm
torrentis,ideſt homo per quē tranſit pœnitētia, aquis
replebitur gratię,ſi tamen fodiatur humilitate. Gen. *Gene.20*
Foderunt in torrentem,& inuenerunt aquam uiuam.
Et bibetis uos & familiæ ueſtræ,& dabit dominus uo
bis uictoriam.Pſal.De torrente in uia bibit. Hic tor- *Pſa.169*
rens inundat tempore hyemali,ſcilicet in uita præſen
ti,ſed tempore æſtiuo exſiccatur,ideſt tempore futu-
ræ felicitatis.Vel aliter,afflictionibus redundat. Pſal.
Percuſſit petram,& fluxerunt aquæ,&c.

## FERIA III. IN PASSIONE
### De Humilitate quam Chriſtus in Diebus feſtiuis exoptat.

VOs aſcendite ad diem feſtum.Ioā.7 Gratia ſpi
ritus ſancti ad tria ſingulariter nos conducit,
uidelicet Ad altitudinē perfectionis.Vos aſcē
dite.Ad limpitudinem cognitionis.Ad diem.
Ad ſanctitudinem deuotionis.Feſtum.Secundū quod
ait Hieronym.ſuper Matth.c.19.ſola humilitas eſt ob
ſeruatrix cuſtoſque uirtutum.Huius autem rationem
aſſignat Ber.ſuper Miſſus eſt,ſic dicēs.Cū ex alijs qui-
buſcunque bonis uiriū magis ſuarum capere ſoleat in
cremētum ſuperbia ſola humilitas omnium propugna
culum turriſque uirtutum eius fortiter reſiſtit mali-

tiæ, obuiat præſumptioni. Et ideo dicit beatus Greg. 27. Mora. c. ulti. quòd illa in nobis uirtus ueraciter pullulat, quæ in radice propria, ideſt humilitate perdurat, aqua nimirum ſi abſcinditur areſcit, quia uiuificā tem ſe in intimis humorē charitatis perdit. Quia igitur humilitas eſt ſic ſancta, idcirco ad ipſam habendam ſaluator noſter uerbis, quamplurimis nos hortatur in pleriſque locis. Et ne uerba uideantur non ſufficere, induxit exemplum in toto decurſu uitæ ſuæ, in quo nunquam a radice humilitatis recedere uoluit.

Singulariter tamen datur nobis exemplum in euangelio hodierno, in quo exemplum humilitatis tam perſecutionis quam inſultationis quam ſuſtinet, uoluit æquanimiter tolerare uel tranſire. Tanguntur ergo in prædicto euangelio quattuor, uidelicet,

Humilitas pacificæ declinationis uel abſentationis. [*Poſt hæc ambulabat &c.*]

Temeritas, indebitæ ſiue ſimplicitas illicitæ ſuaſionis. [*Dixerunt ad eum fratres eius.*]

Pręclaritas ueridicę explicationis uel ſatisfactionis.

[*Dixit eis Ieſus, tempus meum.*]

Iniquitas maliuolæ perſecutionis & oblocutionis. [*Iudæi quærebant.*]

Vel poſſumus dicere, quòd humilitas Chriſti oſtenditur in quattuor uidelicet,

In declinando motum perturbationis. Quia [*ambulabat in Galilea*]

In fugiendo, ſeu aſpernādo faſtum elationis. [*Dixerunt ei fratres.*]

In obſeruando cultum deuotionis. Quia [*aſcendit ad diem feſtum.*]

In tolerando uerbum detractionis. [*Iudæi autem dicebant.*] Vel ſic per alia uerba. Motum perturbationis declinauit. Faſtum elationis recuſauit. Cultū deuotionis obſeruauit. Verbum detractionis tolerauit. Tāgas partes



tes ut ſupra per ordinem.

Quantum ad primum narrat euangeliſta quòd Ieſus ambulabat in Galilæam, & ratio erat quia ipſe nolebat ambulare in Iudæam, pro eo quòd Iudæi, ideſt principes Iudæorum quærebant ipſum interficere. Nam principes & Phariſæi (ſicut habitum fuit heri & nudiuſtertius) mortem eius procurabant. Galileæ uero erant homines ſimplices, & ideo opera Chriſti non ſic calumniabantur, ut dicit Chryſoſtomus. Et ideo Chriſtus eos multipliciter honorauit, ſcilicet beneficio ſuæ conceptionis, & ſuæ natiuitatis, & ſingularitate uocationis, quia Galilæi fuerunt primi uocati ad Chriſti diſcipulatum, primitate miraculoſæ operationis, ſcilicet in Chana Galileæ, manifeſtationę ſuæ reſurrectionis. Aduertendum tamen quòd Chriſtus tum rationę exempli oſtendit quod eſt licitum cedere indignationi, tum ratione perficiendi curſum myſterii, ſcilicet opus noſtræ redemptionis. Primo informando. Secundo miracula facienda. Tum ratione mitigandi furorem & iram & nequitiam Iudæorum in ipſum. Iudæam dico dimiſit ad tempus, non cauſa timoris &c. quære Auguſtinum & Chryſoſtomum.

Quantum ad ſecundum dicit quòd imminebat feſtū Iudæorum, ſcilicet. Scenophegia, quod interpretatur fixio tabernaculorum uel fixio umbrarum, quia tabernaculorum umbris recreati erant in deſerto tempore quo exierunt de ægypto, & hæc ſolenniter durabat ſeptem diebus, & hoc feſto imminente dixerunt ad eum fratres eius, ideſt conſanguinei & affines Ieſu,] *tranſi hinc & uade in Iudeam, ut diſcipuli* ] (non apoſtoli, ſed turba & Iudæi qui crediderant in eum Hieroſolymis) [*uideant opera quæ tu facis*, ] & per conſequens poſſis habere gloriā corā eis. [*Nemo quippe in occulto quid quā facit, & quærit ipſe in palā eſſe,* ] ideſt in apparentia, & gloria ſeu reputatione coram populo,

populo,& non quærit operari in occulto, ſed oportet quod operetur in publico,ut inde publicam conſequatur.Hæc dicebant,ait Euangeliſta,quia licet eſſent fratres eius & conſanguinei,tamen non credebant in eũ. Vnde nota de iſtis quattuor. Præſumptionem, quia Chriſtum uolebant docere.Vanitatem ſiue uanã gloriam,quia uolebant de Chriſti operibus uane gloriari immo ipſum ad uanam gloriam iddùcere.[*Manifeſta te*](inquiunt)[*Mundo.*]Temeritatem iudicij,quia nõ ſolum ad uanam gloriam eum inducebant,uerum appetere uanam gloriam iudicabant.Vnde dicebant.Nemo in occulto aliquid facit & quærit in palam eſſe. Blaſphemiam & incredulitatem.Non enim credebãt, & uerba dicebant uel proferebant incredulitatis,ſcilicet. Si hoc facis &c.

Quantum ad tertium,reſpondit Ieſus ſic.[*Tempus,*]ſcilicet meæ glorię oſtendendæ [*nondum, aduenit,*]uel tempus paſſionis.Tunc enim fuit eius diuinitas manifeſta ſicut patuit in confeſſione Centurionis & in obſcuratione ſolis,& alijs ſignis ſimiliter & in reſurrectione & in aſcenſione &c. [*Tempus autem ueſtrum*]qui mundana petitis & quæritis[*ſemper eſt paratum.*]Et ideo mundus,id eſt mundani Iudęi cum quibus concordatis in uoto,quia & eſtis ſicut & ipſi mũdanæ gloriæ auidi,item cum quibus cõcordatis in blaſphemia & incredulitate,non poſt uos odiſſe, me autẽ odit,quia teſtimonium perhibeo eius malitiæ.Vos igitur qui mundanę gloriæ cupidi eſtis, aſcendite ad diem feſtum hunc, qui, ſcilicet eſt ad mundanam conuerſus lętitiam, & non factus ad diuinam reuerentiam. [*Ego autem non aſcendam,*]ea,ſcilicet intẽtione qua ſuadetis,uel non aſcendam palam, uel non primo die,quia ipſe aſcendit quarto die, ut ſic eſſent Iudæorum animi placati,ut ait Chryſoſtomus.

Quantum ad quartum dicit quod Chriſtus poſt hæc uerba,fratribus aſcendentibus ad diem feſtum ipſe



manſit in Galilęa,& hoc uſque ad quartum diem, ſicut ſupra tactum eſt,tunc non palam ſed quaſi in occulto aſcendit,ne,ſcilicet Iudæorum animos amplius perturbaret.Iudæi autem,id eſt Iudæorum principes quærebant eum,uel aliqui maligni Iudæi qui principibus conſentiebant in Chriſti mortem. Nota illi in quattuor offendebant,primo in uoluntate nocendi, ideo dicitur quod quęrebant eum,ſcilicet ad perdendum.Secundo in irreuerentia feſtiuitatis, & hoc quia erat in die feſto,quãdo,ſcilicet debuiſſent uacare Deo Tertio in contemptu,quia non dignantur ipſum nominare,ſed dicunt.[*Vbi eſt ille?*]q.d.eum eſſe ſeductorem.Quarto in detractione ſiue blaſphemia.Seducit inquiunt turbas.Moraliter [*uos aſcendite ad diem feſtum hunc ego non aſcendam.*]Vbi uidere oportet quod ſit feſtum ad quod Chriſtus aſcendere non uult. Hoc autem feſtum dicitur Scenophegia,quod interpretatur fixio tabernaculorum ut dictum fuit. Per hãc mũdanam ſiquidem intelligere poſſumus lætitiã, de qua Eccl.Quaſi quia apprehendit umbram & perſequitur uentum,ſic & qui attendit ad uiſa mendacia,id eſt ad temporalia,quæ habent apparentiam & non exiſtentiam.Dicitur autem temporalium iocunditas ſiue lætitia umbra.Primo pp eius inſtabilitatem. Iob. Flos egredĩ & conteritur & fugit uelut umbra.Sap.5.Tranſierunt oĩa ſicut umbra.Scđo,quia ſicut quanto magis creſcit umbra,tanto magis ſol a Zenith noſtri capitis elongaĩ, ſic amor terrenorũ quãto plus creſcit tanto magis a mẽte noſtra ſol diuinę gratię elongatur & abſedit.Hiere.6.Vęh uobis quia declinauit dies, ſ.gratiæ & lumen interioris & naturalis cognitionis, quia longiores factæ umbræ ueſpere tendente lumine ad occaſum.Et uere tendente noſtra uita ad occaſum frequenter ut in pluribus,hęc umbra, id eſt terrenorũ creſcit affectus.Tunc enim uidentes homines ſibi uires deficere,appetunt uiuere.Tertio,quia umbra ſequitur

Eccl. 32.

Iob.13.

tur ſugientem,& fugit ſequentẽ.Sic facit mũdana glo
Ecl. 11. ria.Eccl.Si ſecutus fueris non apprehendes,& non ef.
fugies ſi prçcurreris.Gregorius.Gloria huius mundi
umbræ ſimilis eſt ,quæ fugientem ſequitur & fugit
ſequentem.Item umbra nec replet nec ſolidat . Et i.
deo nulli ſufficit ſuus honor.Iudicum 9. Vmbrã mõ
tium uides quaſi capita hominum,& hoc errore deci
peris,id eſt imagine uanitatis,& nota falſitatis . Iob
12.Producit in lucem umbram mortis, id eſt , prohi
bet diuinum aſpectum,diuinum ſplendorem, & diui
num calorem.Iob.3.Obſcurent eum tenebræ & um.
bræ mortis. Ergo Scenophegiæ fixio umbrarum,quę
eſt in temporali lætitia fiduciam ſtabilire , ſiue ibi fir
mare cor ſuum,quæ tamen(ut dictum eſt)uelut um.
bra prętereunt.Contra namque ſic facientes loquitur
Deus per Iſaiam.30.cap.Væh filij deſertores qui am
bulatis ut deſcendatis in Aegyptum,& os meum non
interrogaſtis,ſperãtes auxilium in fortitudine Pharao
nis, qui nudans ſiue expolians interpretatur,i.diabo.
li,habentes fiduciam in umbra Aegypti.Et ideo audi
te quid inferat.Et erit(inquit) uobis fortitudo Pha
raonis in confuſionem ,& fiducia umbræ Aegypti in
ignominiam.In hac nempe umbra cubat ipſe Pharao.
Iob.40. Sub umbra dormit in ſecreto calami,in locis
humentibus.Et eſt aduertendum quod iſtę umbrę ad
literam fiebant de ſalicis ramis intextis.Salices nãque
ſunt arbores infructuoſę,ſed uirentes,& ſignificant di
uitias,quia Eccleſiaſtes quinto.Qui amat diuitias fru
Iob. 40. ctum non capi & ex eis.Iob.Protegunt umbræ umbrã
eius,& circundabunt eum ſalices torrentis.Item ſuc.
cus ſalicis potatus reddit mulierem ſterilem . ſic diui
tiæ cum auiditate potate,reddunt animam ſterilem
Pſalm. ab omni opere bono,& reddunt eam infructuoſam.
Num. 5 Pſal.In ſalicibus in medio eius ſuſpendimus organa
noſtra.Iſtæ ſunt aquæ maledictæ . Numerorum.In
grediantur aquæ maledictæ in uentrem tuum , & pu-
trefa-



trefaciant ſemen tuum . Iſtę ſalices plantantur iuxta
corda fluida peccatorum.Salices de torrente,qui ra-
ptim tranſit.Et dantur eius rami infirmis ad recreatio
nem.Nam & illi infirmo populo Iudaico dati ſunt.
Iſaiæ primo.Si audieritis,me bona terræ comedetis.
Non ſic autem dantur , ſed potius auferuntur ſanis
Chriſtianis.Matth.19.Si uis perfectus eſſe,uade & uen
de omnia quæ habes,& da pauperibus. Iſtud igitur
eſt feſtum peccatorum & mundanorum,de quo dicit
dominus.[*Vos aſcendite.*]Nota,uane glorioſi aſcẽdunt
ad hoc feſtum,& tamen miſerabiles non aduertunt ;
quia licet deus non aſcendat manifeſte , ſcilicet hoc
feſtum approbando,aſcendit tamen occulte, eos non
aduertentes iudicando , ſubito.Iob.21.Ducunt in bo
nis dies ſuos &c.De hoc peccatorum feſto & de eorũ
interitu habemus figuram primi Regũ penultimo, de
Amalechitis &c.Narra hiſtoriã. Moraliter Amalechi
tæ gẽs humilis ſignificãt homines brutaliter uiuentes,
qui ad inſtar beſtiarum in huius mundi paſcuis & di-
uitiis uoluptantur .Hi a parte auſtrali,ideſt a munda
na proſperitate irruũt in Sicelech,ideſt eſt in conſcię
tiam propriam . Sicelech eſt effuſio menſurę , id eſt
effuſio gratię per peccatum,quòd eſt ſecundum Augu
ſtinum menſuræ priuatio,& intendunt eam igni , ſci-
licet praui deſiderii.Nota, quod eſt peccator in igne
mundanæ concupiſcentiæ aduſtus,niſi quidam carbo
niger per peccatum,uel ad inſtar carbonis exſiccatur
omni humore gratię , ponendus finaliter in fornace
inferni,ut ibi accendatur in extinguibiliter. Succen-
dunt igitur Sicelech,ideſt conſcientiam , & captiuas
duas uxores , ſcilicet carnem & animam , ad ſeruien-
dum peccato,& filios & filias,opera & cogitationes ;
& ſic a Deo recedunt. Sed quid facit Dauid , ma-
nu fortis ideſt Chriſtus , inuenit puerum ægyptium
qui eſt ſtimulus cõſcientiæ,a ſuo dño dimiſſum,qui cę
perat ægrotare, & cum ipſo inuadit miſerum pecca-

torem ſtimulus quidam interius torrendo & percutiẽdo, illos inuenit ſedentes ſuper terram ludentes, & quaſi feſtum celebrantes, & ideo bene dicitur quod Dauid fecit illi dari ad comedendum vt fortificaretur, & fortificatus hoſtem ſcilicet ſuum dominum perſequeretur. Deus autem æternus præuidendo de iſto feſto dicit. [*Vos aſcendite &c.*] Hoc etiam certe poteſt dici multis ad literam, quia ideo aſcendunt ad feſtiuitates, & bene aſcendunt, quia ducit eos uana gloria.

Dic quomodo dominæ mundanę habent duo vitia, quorum vnum eſt ſatis incurabile. Vnum eſt uitium linguę quo frequenter furantur famam bonam. Alterum eſt ornamentum, quo frequenter furantur animas Deo ſuo, utique ſanguine precioſo eius redemptas. Mulier (ait ſapiens) precioſam animam uiri capit. Immo quod amplius eſt, furatur annos, id eſt tempus Deo, quia aut ſemper ſe faciunt iuniores, furantur capillos, furantur omnia de aliarum rerum ornatu, ad ſuum conuertunt quaſi proprium. Item dic quomodo ducunt puellas ornatas tempore quo deberent uenire illuc vbi moratur Chriſtus, ſed non veniunt cũ fletu, ut deberet tẽpore paſſionis Chriſti. Sed tunc reſtat uidere ubi moratur Chriſtus, ſi non aſcendit ad diẽ feſtum? Reſpondeo, ambulabat per Galilæam, id eſt per corda humilium. Cum ſimplicibus enim ſermocinatio eius. Nota, Galilęa rota & transmigratio humilẽ ſignificat, quia ſicut præmiſi, ſola humilitas facit hominem a uitiis transmigrare. Hæc inſuper eſt rota quæ rotatur & teritur multis concuſſionibus, ẽ inſuper qui humilis ad inſtar rotę debet eſſet ſemper paratus, ut iuxta diuinum imperium moueatur uel anterius promotionis, uel ad poſterius deiectionis & depreſſionis. Eze. Eleuabãtur pariter & rotę, ſpũs enĩ uitę &c. Nota humilitas tenet hominẽ firmũ, licet ſit rota inter proſpera & aduerſa. Inter proſpera, q̃a nec humana laude extollit. Etenĩ ſicut aurũ probat ĩ forna-





ſic uirtus humilitatis ore laudantium non euaporat, ſumum uanæ gloriæ. Nam omnia liquabilia ſunt uaporabilia præter aurum. Inter aduerſa ſimiliter, quia uerus humilis non habet uentum ſuperbiæ, & ideo non crepat in fornace increpationis. Nota quomodo ſola humilitas immobilis ſtat inter fluctus perſecutionis, & immobilem tenet hominem, & pœnitentiam eius conſeruat. Quidam enim paruus piſcis Remora nomine reperitur, qui inter undas immobilis ſtat, & naui adhærens eã figit & immobilitat inter undas. Nauis eſt pœnitentia, cui ſi adhęſerit humilitas inconcuſſa manet &c. Inter iſtos Chriſtus ambulat qui non ſunt infeſti, & eum recipiunt benigne. Inter Iudæos autem ſuperbos non ambulat, quia quærunt perimere, ſed finaliter in iudicio occulte & nullo ſciente inſurget ſubito contra tales &c.

## FERIA IIII. IN PASSIONE, De ueritate doctrinæ Chriſti, qua ſe uerum paſtorem, & Meſſiam oſtendit.

MV*lta bona opera oſtendi uobis &c.*] Ioan. 10. Gratia diuina eſt affluentiæ copioſę quo ad famem, Multa. Eccellentiæ ſeu efficaciæ uirtuoſe quo ad fructum, Bona. Reſulgentiæ luminoſæ quo ad acta, Oſtendi uobis. [*Facta ſunt encania Hieroſolymis &c.*] ubi ſupra. Secundum quod dicit beatus Grego [illegible] moral. cap. 26. malos non ſolũ ignis per uindictam poſt cruciat, ſed non nunc etiam per liuorem cremat, quia qui poſtmodum puniendi ſunt retributionis ſupplicio, nunc ſeipſos afficiunt inuidię tormento. Ideo Hieronymus in epiſtola ad Adeo datum, Oro inquit quid inuido delectationis præſtat inuidia, quem ſecretis conſcientiæ ungulis liuor ipſe de-

cerpit,& alienam felicitatem tormentum eius facit? Quia igitur inuidi Iudæi inuidia pleni erãt,idcirco inceſſanter ſtimulabantur in corde tanto letalius,quanto uidebant Chriſtum plus clarificari prodigijs & doctrina, ſicut nobis oſtendit euangelium hodiernum. [*Quouſque,inquiunt,animas noſtras tollis*,]id eſt ſuſpendis uel crucias & affligis? Ecce qualiter interius ſtimulantur. Continet autem euangelium quattuor, uidelicet

Inſidioſam perquiſitionem.[*Facta ſunt encenia.*]
Sententioſam diſſolutionem.[*Reſpondit eis Ieſus.*]
Malitioſam perturbationem.[*Suſtulerunt lapi.*]
Diſſidioſam cauillationem.[*De bono opere.*]

Quantum ad primum dicit euangeliſta quod [*facta ſunt encenia Hieroſolymis,*] id eſt templi dedicatio. Et qa tres erant dedicationes, uidelicet Prima quæ facta eſt a Salomone in autumno ſ. in die ſolemni ſeptimi menſis de qua habetur 3.Reg.&.2.Paralip. Secunda
*3.Reg.8* quæ facta eſt in uere, ſcilicet.12.Martij & luna.12.a
*2.Par.5* Zorobabel poſt reædificationem templi, ut habetur Eſdr.3.Tertia quæ facta eſt a Iuda Machabæo in hyeme, ſcilicet.15.die menſis [*Caſleu*, id eſt, decembris de qua primi Machabæo. quarto poſt prophanationem templi factam ab Antiocho. Quia igitur tres hic feſtiuitates, idcirco debemus intelligere eundem euangeliſtam de qua loquitur, quia de hac tertia determinat di. [*Et hyems erat,& ambulabat Ieſus in templo, in porticu Salomonis.*] quę erat in facie anteriori templi, ſcilicet intra atrium ſacerdotum & leuitarum, ubi erat altare holocauſtorum, & tunc [*Iudæi circundederunt eum dicentes. Quouſque animam noſtram tollis.*] Vide nequitiam, quando Chriſtus dicebat ſe eſſe Meſſiam, Iudęi iniqui petebant ſignum. Ioan.2.Quando oſtenderat ſigna quamplurima dice-
*Pſal.12.* bant, dic nobis palam, iuxta illud Pſalm. In circuitu impij ambulant.Et tamen dicit ſapiens,circulo quoqꝫ impoſ-



impoſſibile eſt denegare,Talibus nihil poteſt breuiter ſuaderi,Sunt enim inuidi,ut ueſpertiliones & noctuę quæ a luce diei occæcantur,quia lucem proximi uidere nõ poſſunt.Nota ſenes nõ poſſunt deprope uidere, & ſignificant inuidum,qui poteſt a remotis uidere,ſed deprope id eſt in proximo nihil.Nota magnam pœnã faceret Deus inuido ſi ipſum poneret in gloria paradiſi,quia ibi totaliter excęcaretur a gloria proximis & a luce beatitudinis ipſorum.Quantum ad ſecundum Chriſtus uidens maliuolam interrogationem ipſorũ atque calumniam,non reſpondit niſi per opera quibus uera crudelitas debetur,& dicit ſic,[*Loquor uobis, & non creditis*]& ideo do uobis teſtimonium diuinũ, *opera quæ ego facio in nomine patris mei*,cuius,ſcilicet gloriam quæro & laudem,non propriam.Hæc inquit [*teſtimonium perhibent de me,*]ſed tamen nec operibus nec uerbis creditis.Id ideo autem eſt quia[*uos non eſtis de ouibus meis.*]Probatio qa oues meæ uocẽ meã audiũt &c. Vel attende hic quod Chriſtus triplici uia procedit ad probandũ ſe eſſe Meſſiã,uel ad probandũ ueritaté doctrinæ ſuæ,uel ſuã diuinitaté,uidelicet. Ex utilitate ſeu celebritate obſequij uel prodigii,ibi.[*Opera quæ ego facio.*]Ego ſublimitate ſtipẽdii,quia[*do uitã æternã.*] Ex ſecuritate præſidii,qui.[*oues meæ nõ peribũt, nec poteſt eas quiſquam rapere de manibus meis.*]qa ego habeo idem poſſe cũ patre.[*Pater enim quod dedit mihi maius omnibus eſt,& nemo poteſt rapere de manibus patris mei.*]Vel poſſumus dicere ꝙ probat quę duplici ratione uidelicet

Ex ueritate præconii.[*Loquor uobis.*]
Ex celebritate prodigii.[*Opera quæ.*]
Ex ſublimitate ſtipendii.[*Ego uitam æternam do.*]
Ex ſecuritate præſidij.[*Oues meæ.*]

Opera igitur quæ ego facio,illa teſtimoniũ ꝑhibẽt de me.Nã eſt opere arguitur uirtus,& ex uirtute ſubſtãtia igitur eadẽ uirtus & eadẽ ſubſtantia. Et non credatur quod

quod ipſe talibus quibus confert uitam, det eam ſine meritis, ſiue quod det vitam ouibus vagabūdis. in nemore huius mūdi vel de prato mūdanarū delitiarū, ideo præmiſit quod hanc vitam non confert niſi ouibus ſuis, quæ ſcilicet habent quattuor conditiones inter alias, uidelicet

Synceritatem inocentiæ. Ideo [*oues.*]
Intimitatem amicitiæ. Ideo [*meæ.*]
Humilitatem reuerentiæ vel obedientię. Ideo [*uocem.*]
Stabilitatem perſeuerantiæ. Ideo [*ſequuntur.*]

Et hinc poſſumus aduertere quod ſunt oues dominicæ. Oues enim ſuæ ut eas poſſit agnoſcere ſunt cruce ſignatę, habēt rigorem pœnitētię macertris, nō induūtur vellerib. aliorū animaliū, nō pelle lupina. Hic dilata materiam ad ornamenta & picturas facierum. Iſtę tales ſunt facientes ſicut oues dæmonis habentes characteres beſtiæ. Vel ſic habent oues Chriſti manſuetudinem cōuerſationis, ideo oues. Dulcorem deuotionis, quia lac. Subiectionem reuerentię, quia audiūt uocem domini ſui, ſcilicet edite & comedite &c. Nota hic, Chriſtus non dicit audiūt fabulas vel nouitatē doctrinæ, ſed vocem meam. Dilata hic de illis qui quærūt fabulas vel verba aures demulcentia. Nota quomodo ad nycticoraces capiūtur aues per pedem & non per plumam qua uolant per inane gloriam, ſed ſolū per pedem illaqueantur, dū talia auibus placet, & chordę ligant. Quantum ad tertiū dicit euangeliſta, quod iniqui Iudęi malitiam & obſtinationem cordis non potuerunt ſuſtinere, ſed prorumpentes in ſęuitiam, [*acceperunt lapides ut lapidarent eum.*] Sicut aūt alias dictum eſt, omne peccatū interficit Ieſum, id eſt ſalutem in conſcientia peccatoris, ſed ſecundū diuerſitatem peccatorum diuerſam ipſi mortem inferūt. Nā quidam præcipitant eū deorſum, & iſti ſunt ſuperbi vel vani glorioſi. Quidam eum ſuffocant, & opprimūt & iſti ſunt auari. Hic introduc de illis qui ſubripiūt

bona



bona pupillorum, & maxime illorum qui ipſorum curæ commiſſi ſunt. Quidam eum lacerant & iſti ſunt crudeles. Quidam ipſum comburunt & iſti ſunt iracūdi, & ſic de alijs. Obſtinati autem lapidant ipſum. Ita faciebant iſti maligni, quia primo eum corde, deinde manu & opere lapidare uoluerunt. Sed Chriſtus benigne reſpondit eis dicens. [*Multa opera bona oſtendi uobis ex patre meo &c.*] Hic dicit ex patre meo, ne uideretur ſibi illa tribuere, & per conſequens animum eorum prouocaret. Quantum ad quartum dicit. [*Reſponderunt Iudæi de bono opere, &c.*] Ecce confitentur bonū opus, & tamen dicunt Dei filium blaſphemum, & per conſequens ſi ipſis contradicunt certum eſt quod nō fructus bonos arbor mala facit. Item petebant quod diceret eis palam, tamen cum eos ad opera, quę ipſum negare non poterant, transmiſiſſet ipſi in inſaniam conuertuntur. Nota quid ſit blaſphemia, quando non attribuit ſibi vel alteri quod attribuire non debet, vel remouet a Deo, quod Deo eſt attribuendū, vel attribuit creaturę quod Deo eſt proprium. Hic eſt dilata de periurio ſi uis. Sed Chriſtus eorū furorē mente miti & manſueta monitione frangere conatur, dicens. [*Nonne ſcriptum eſt in lege ueſtra. Ego dixi dii eſtis &c.*] Large hic accipitur lex. Nota ſi vis, ordinem & gradū in vitio libidinis, ſcilicet mollitiē incōtinētiā intemperantiam, & beſtialitatem, ſic contra eſt in uirtute ſtabilitas, cōtinētia, temperantia, & uirtus heroica. Sic igitur qui perueniunt ad quartū gradum uitij non uocantur homines, ſed beſtię, ſic peruenientes ad quartum gradum uirtutum, non uocantur homines, ſed dij. Igitur ego dixi dii eſtis, Continua hiſtoriam euangelii. Nota oues dominicę ſignantur in baptiſmate, hoc tamen ſignū aliqui deſtruūt, & non oportet quod reiteretur, & creſcentibus pueris ſignū non appareat, ſic creſcentibus peccatis oportet iterum quod tradatur & reiteretur ſignū & hoc fit per pœnitentiā.

Qui.n.ſunt Chriſti (ait Apoſtolus) carnem ſuam crucifixerunt. Et ideo ſtatim potes uidere qui ſunt oues Chriſti uel diaboli. Nota ꝙ has oues Chriſtus non dimittit uagas per nemus, ſed eas flagellis reducit & uirga. Et ideo appoſiti ſunt canes, ideſt prædicatores, ut arceant lupos, & latrent contra uitia. Sed aduertant ꝙ non ſint canes muti. Nota ꝙ malæ ſunt oues dæmonis quia non ſunt fœtoſæ, cum non habeant ſiue offerant lac & lanam, immo auferunt crudeles uſurarij, ita ꝙ
Pſal. 48. ipſi depaſcant pupillos, ſed quid fiet eis? ſicut dicit Pſ. Sicut oues in inferno poſiti ſunt, & mors depaſcet eos. Ambulabat Ieſus in templo &c. Nota, templum ſignat naturam humanam ſiue mentem, quod uidere poterimus ſi attendamus. Sublimitatem poſitionis, quia eſt locus altiſſimus. Nobilitatem conſtructionis, quia multipliciter erat ornatum. Celebritatem oblationis, quia ibi facta eſt myſtica oblatio agni. In noſtra enim natura oblatus eſt, Yſaac agnus hærens uepribus. Tranquillitatem remiſſionis, quia ibi apparuit angelus, ideſt Chriſtus reponens gladium, ideſt poſt magnam cœdem populi mitigans iuſtitiam Dei patris. Ad aliquam moralitatem habendam duo ſunt notanda Primo, in quo templo ſiue in quibus conſcientiis Deus ambulet. Secundo qui ſunt qui de huius conſcientiæ templo eum eijciunt lapidando. Quantũ ad primum dicitur quòd Chriſtus ambulat in templo in porticu Salomonis. Vbi prius quo ad literam aduertẽdum eſt ꝙ templum ſeptem partes habet diſtinctas ut dictum eſt alibi. Prima eſt atrium immundorũ, & ſignificat humilitatem ſubiectionis. Secunda mulierum, & notat intimitatem compaſſionis. Tertia uirorum, ſignans maturitatem diſcretionis. Quarta atrium leuitarum, ubi erat altare holocauſtorum, & hoc ſignificat auſteritatem compaſſionis, correctionis, caſtigationis, & increpationis. Quinta porticus Salomonis, quæ ſignificat tranquillitatem conſcientiæ, & pacem, & ibi moratur Chriſtus, quia ipſe dicit. In pace in idipſum dormiam, & requieſcam. Nam in maliuolam animam



non introibit ſapientia. Apoſtolus. Pacem habete, & 2. Cor. 13
Deus pacis erit uobiſcum. Ambulabat, dicit, quia ad ambulandum nos inuitat, & intrat in porticum Salomonis, qui debet eſſe locus regis, ſcilicet uoluntatis. Sexta eſt ſancta, quę ſignificat mentis ſuauitatem uel deuotionẽ. Septima ſancta ſanctorũ, quæ ſignificat orationẽ, qua.ſ.tegitur altare incenſi. Quantũ ad ſm dico ꝙ Chriſtus ambulabat per porticum Salomonis.i.per remorſum conſcientiæ. Nota, hæc porticus nunquam Gene. 3
fuit deſtructa, ſic remorſus conſcientiæ nunq̃ perimitur. Sed quid dicit peccator? Si tu es Chriſtus dic nobis palam &c. quaſi dicat, ſi Deus eſt ſic miſericors, libenter uellet ꝙ præſtaret mihi gratiã conuerſionis, & me chriſmate ſanctificationis inungeret. Sed iam audi ipſum dicentẽ: [*Opera quæ ego facio &c.*] Quod multipliciter patet, quia loquitur ꝑ inſpirationẽ, quia facit opera ſuæ miſericordiæ, quia prõptus ouib. ſuis, quia illas ſuſtentat. Sed de hoc tẽplo eiiciunt & lapidare conantur, hyeme peccatorũ exiſtẽte, ſicut de illis legitur ꝙ hyems erat apud eos cũ cõtra Chriſtũ ſurrexerunt. Auguſt. Frigidi erant. Nota, frigus ſtatum peccatorum ſignat multipliciter. Primo ratione frigiditatis pigri- Prou. 10
tiam inducentis. Prouerb. Propter frigus piger arare negligit, mendicabit igitur in æſtate. Secũdo ratione ſterilitatis, quia tunc in terris nihil noui generatur, immo ſi quid natum, mortificatur. Sic mortificantur opera prius facta, & de arboribus cadunt folia. Iohel. 1. Poſuit uineam meam in deſertum, & ficum meam decorticauit. Nudans ſpoliauit eam, & albi facti ſunt rami eius. Et ideo, flete qui bibitis uinum in dulcedine, qm̃ periit ab ore ueſtro. Nota, una eſt dulcedo mortificationis, & eſt dulcedo deuotionis in uitibus, altera operationis & exercitii in ficulnea, & in eis folium defluit. Tertio quia in hyeme nullum apparet

paret ueſtigium æſtatis.Sic in peccatore nullũ ueſtigiũ apparet priſtinæ bonitatis ſeu conuerſationis,imo quãto æſtas fuerat mollior,tanto poſtmodũ quando ad hyemen uenit peior apparet. Pro moralitate nota a Salomone pacifico fuit templum noſtræ conſcientiæ ſtructũ, & conſecratum in paradiſo terreſtri,ſed rex Babylonis.i.dęmon iſtud templum deſtruxit per manum Nabuſardam in tentatione primi hominis.Nota. Nabſuardã princeps coquorum & ſignat tentationẽ gulæ, qua primi hominis templum fuit deſtructum.Item interpreta-
*Gene.3* tur prophetia paleæ quia ipſe paleas primo homini prophetauit quando dixit.Eritis ſicut dii ſcientes bonum & malum.Sed templum ſic deſtructum reparauit Zorobabel,qui princeps translationis interpretatur, & ſignificat illum principem,de quo Iſai.9.Et uocabitur ammirabilis conſiliarius,deus fortis,pater futuri ſeculi,princeps pacis. Ipſe enim fuit princeps trãſmigrationis. Tertia autem fuit templi dedicatio.ſ.conſcientiæ. Nam Antiochus qui interpretatur ſilentium pauperis,diabolum ſignificat, qui ſilenter.i. occulta ſuggeſtione depauperat hominem.Hic ad literam,poſtquam templum expoliauerat,poſuit in illo idolum abominabile,ſic poſuit dæmon in conſcentia, ſed fit dedicatio per Iudã id eſt confeſſionem.& c.

## FERIA V. DOMINICAE Paſſionis,De conuerſione Mariæ Magdalenæ..

F*Ides tua te ſaluam fecit, uade in pace.*] Lucæ.7. Tria inter alia facit diuina gratia,circa animam. Ipſa namque

Credulitatem format.[*Fides tua fecit.*]
Iniquitatem purgat.[*Te ſaluam.*]
Tranquillitatem donat.[*Vade in pace.*]

Secun-



Secundum ſententiam beati Gregorij.30. Mor.c.3. in hac exceſſiua dei miſericordia oſtenditur uel declaratur quod ipſa nos oppreſſos non deſerit, ſed imbrem compunctionis infundit, & ſubtilis intelligentiæ ſolẽ reducit, atque ſic oſtendit quantũ nos diligit qui nos nec cum reſpuitur relinquit.Hoc certe iuxta doctrinam Auguſtini, de libero arbitrio, in hoc aduertere poſſumus, quod deus mirá diſpoſitione paterna ex parte peccatoris ipſum ſua pietate ad pœnitentiam inducit,immo interdum ipſum ad maioris perfectionis gradum perducit quam perueniſſet ſi alias non peccaſſet, ut bene oſtẽdat totum ex mero beneficio ſuo procedere.Et licet habeamus exempla quam plurima, iſtud tamen inter alia eſt ſingulare quod nobis proponitur in euãgelio hodierno in quo quattuor innuuntur.

Humilitas obſequii,[*Ecce mulier.*]
Temeritas iudicii,[*Videns autem Phari.*]
Vtilitas colloquii.[*Simon habeo tibi.*]
Subtilitas commercii,[*Remittuntur tibi peccata.*]

Quantum ad primum dicit quòd quidam Phariſęus &c.ſed hoc utrum factum fuerit in Iudæa an in Galilæa non inuenitur. [*Et ecce.*] Nota ꝙ ecce eſt aduerbiũ admirationis,quia ipſa mirabiliter errat peccatrix, uel fuit mirum de eius conuerſione. Nota hic ponuntur tranſgreſſiones,& ſatisfactiones multiplices.Quia trãſgreſſa erat primo a peccatorum diuturnitate, & ideo dicitur quæ erat,quia diu in peccato permanſerat. Secundo,a famoſitate,quia in ciuitate, ita quòd peccata eius non occulta,ſed manifeſta erant.Item in ciuitate, ubi multos traxerat ad peccatum.Tertio a multiplicitate,quia nõ tantum in uno peccato fuerat, ſed (ut ait Gregorius) in uniuerſis uitiis fuit.Nota, non ponitur hic nomen, quia peccatoris quamdiu ſunt in peccato, de libro domini ſũt deleti, ſic de diuite epulone.Lucæ. *Luc.16*
cuius nomen ſubticetur. Satisfactiones etiam ponuntur multiplices uidelicet.Primo in admiranda conuerſione:

ſione. [Ecce] nam ſicut fuit mirabilis in tranſgreſſione, ita mirabilis in conuerſione. Secundo in properatione uel feſtinatione, quia ſtatim [ut audiuit] acceſſit. [Vt] inquit [cognouit.] Tertio in propinquatione, quia quandiu a domino fuerat elongata, ſtetit, in quo notatur confidentia. Quarto in exhibitione, quia omnia quæ prius dedicauerat mundo, uoluit domino integraliter dedicare. [*Nam attulit alabaſtrum unguenti,*] ingreſſa eſt conuiuium, non erubuit, ſtetit quæ diu male ambulauerat, uel in fęce iacuerat, retro quia ante præ uerecundia accedere non audebat. Item retro, quia eius ueſtigia imitari proponebat, [*lachrymis rigauit, &c.*] Continua literam. Nota hic, quòd Chriſtus erat diſcalciatus ut ait euangelium. Item quòd Chryſoſtomus ponit multas mulieres &c. Nota
*Ioan. 4* inſuper quòd aquam corporalem ut Samaritana non poſuit, ſed aquam ſuauem effudit, quando ante domini pedes, ideſt affectiones, aquam ſuauiſſimam impetrauit, ſ. gratiæ. Vnde nota quòd hæc ſancta peccatrix antequam conuerteretur, a ſole fuerat plurimum elongata, & cor eius fuerat totaliter in gelatum ut glacies, ſed econtrario hæc ipſa habuit ardorem doloris & cõtritionis. Gregorius. Videte quãto dolore ardeat, quæ flere inter epulas non erubeſcit. Aperuit namque hęc ſancta feneſtras ſuas, quas luci clauſas tenuerat. Nota
*Cant. 5.* hic de calore quem ſuſcepit. Cantico. Anima mea liquefacta eſt, ut dilectus locutus eſt, ſcilicet per inſpirationem. Nota Iuſte uocatum eſt nomen eius Maria. i. mare amarum. Sicut enim terra ſuis uenis trahit aquã de mari quæ ibidem depuratur, & efficitur aqua ſuauis & dulcis, ſic hæc ſancta de mari, ideſt de amaritudine culpæ & peccati, uenas humilitatis quæ eſt in terra abſconſa, aquas lachrymarum quæ ſunt ab amaritudine huius mundi depuratæ, & in dolorem conuerſæ, intãtum ut Chriſti pedes, ideſt affectiones contra eam amaricantes dulcorauit. Bene igitur de ea uerificari





rificari poteſt illud Ezech. 36. Terra illa inculta facta eſt ut hortus uoluptatis. Nota quòd uirtutum plantas uitiis extirpatis, hæc ſancta in ſuo horto plantauit. Quantum ad ſecundum dic quòd Phariſæus qui dominum inuitauerat, in quattuor erat reprehenſibilis, uidelicet. Primo de præſumptione falſæ iuſtitiæ. Secundo de incompaſſione. Tertio de infidelitate, qui credidit Chriſtum ignorare qualis eſſet mulier. Quarto de ſui ſuperioris reprehenſione.

Quantum ad tertium dic quòd Chriſtus reprehendens iudicium Pharisęi dixit ad eum. [*Duo debitores, &c.*] ideſt duo uiuentes ſenſualiter. Nota quòd hæc forma imprimit in electis abolita iterum reformans, quòd ſi non ſufficit, ponet eos in fornace purgatorii. Alii autem qui ponuntur in fornace inferni deputantur ad alios uſus. Non habentibus illis unde redderet. Vnde quia non ſumus ſufficientes ex nobis cogitare tanquam ex nobis etiam ſi ſimus in gratia exiſtentes, ſic multo minus in oblectatione peccati. [*Et conuerſus*] oculo pietatis ad mulierem a qua ante auerſus extiterat, dixit. [*Vides hanc mulierem,*] ideſt uidere cures ut eius fidem capias pro doctrina, intraui domum tuã, non tamen mentem tuam, at mentem huius intraui, ideo remittuntur &c. Aduertendum quòd hoc dictum Saluatoris ſolum tenet de illis qui debitores fuerunt, nõ de illis qui fuerũt ab huiuſmodi debito præſeruati. Sicut qui fuerunt ſanctificati in utero, de quorũ numero fuit beata uirgo. Tales enim plus diligunt, quia maius beneficium recipiunt. Quantum ad quartum, [*dixit Ieſus ad mulierem. Remittuntur tibi peccata tua.*] non dixit, Remitto ne, ſcilicet Phariſęi & aſtantes turbarentur, ſed remittuntur, ſ. a patre. Nota ut ait Bernardus, unde hæc mulier ſpiritualiter infirma curata eſt, ait de Iuda. Iſte (inquit) bono odore moritur unde alii uiuũt. Moraliter hoc poſſet exponi de corpore myſtico ꝙ multi ſecundum Apoſtolum unum corpus

pus ſumus in Chriſto,cuius quidam ſunt manus, ſcilicet laborantes,quidam pedes,ſcilicet qui ſunt in bona parte corporis,tum in ueritate ipſum corpus ſuſtentant,& quandiu huiuſmodi pedes fuerint in ea,ipſa fit maxima meriti. Sed hodie iſti pedes minus ſunt cõminuti,uel ſunt infirmati,ut patet de religioſis. Stare ergo iuxta pedes,eſt operibus uel pauperibus adhærere uel ſe eis pie exhibere. Stare,ſcilicet affectu retro non ante, ne præcedas per inanem gloriam, ſed ipſi te,quia pedes debent præcedere tanquam illi qui te portant. Hæc eos lachrymis lauit, quo compaſſionis quæ oſtendit effectum. 2. ad Corinth. 11. Quis infirmatur & ego non infirmor? &c. Iob. Flebam quondam ſuper eum qui afflictus erat & cõpatiebatur anima mea pauperi. Capillis tergere,eſt inopum lachrymas tẽporalibus ſubſidiis exſiccare,ſed quidam de iſtis proximos,non nutriunt,ſed eis ſuſpenduntur,ſicut Abſalõ. Nota iſti capilli ſunt mulieri dati,ideſt fragilitati ad ornatum,ut per eos nihilominus Chriſti pedes tergantur. Viro ignominia eſt nutrire comam, ſecundum doctrinam apoſtoli. Oſculari,eſt uerbis benignis conſolari,& tunc pauperes inunguntur,dum,ſcilicet mitigantur eorum neceſſitates,& ſic bonus odor diffunditur. Moraliter bene hic datur forma quomodo anima peccatoris conuerti debeat ut poſſit indulgentiam percipere de peccatis. Vbi primo occurrit uidere ubi ipſum ueniæ largitorem ualeas inuenire. Reſpondeo in domo Simonis,qui obediens interpretatur. Intra domum obedientiæ,ibi ipſum inuenies; quia obedientia ipſum ad ſuum hoſpitium trahit ſemper, iuxta illud Gen. 28. Vere non eſt hic aliud niſi domus dei & porta cæli. Ibi enim eſt locus amænus grati cõuiui,& hic eſt ille qui a domino curatur a lepra. Mat. 26. Cũ eſſet dominus in Bethania in domo Simonis leproſi. Ciuitas mundus eſt. Pſal. Vide iniquitatem & contradictionem in ciuitate. Mulier peccatrix anima,quæ bene

*Iob. 30.*

*Pſal. 54*



ne uocatur Maria a mari mare, ꝑꝑ multitudinẽ amaritudinis peccatorum. Sed hæc mulier ſi uult a culpa ſanari oportet quòd uadat ad domum Simonis, ideſt ad obedientiam,quia Prouerb. 21. Vir obediens loquetur uictoriam. Sed oportet ipſam afferre unguentum quo aliquando eſt uſa ad mundi laſciuiam. Iſtud autem unguentum eſt meritorium non illud unguẽtum peccatorum,de quo Pſal. Oleum peccatorum non impinguet caput meum. Et iſtud unguentum peccatorũ hæc mulier prius cõfecerat per hunc modũ. Primo namque collegit herbas peccatorum, quę copioſe in ueniuntur in horto mundi, collegit dico per ſenſus, ꝑ uagationes uiſus, auditus,& ſic de aliis ſenſibus, deinde,triuit per modum pulmenti cogitationes ipſius peccati, deinde in olla cordis ſui igne praui deſiderii, coquit,quo facto inungitur, dum, ſcilicet opus exterius prodit,in tantum aliquando, quòd malus odor peccati diffunditur per hanc domum. Vnde illud eſt unguentum,de quo. 2. Parali. dicitur quòd Aſa,qui ſuſtollens interpretatur,peccator, ſcilicet qui attolitur contra deum, ægrotauit dolore pedum uehementiſſimo,ideſt peccato,quod peccatum in ſola uoluntate eſt deſignatum per pedem,& non recurrit ad dominum,ſed mortuus eſt,ſcilicet per culpam, & poſuerunt eum in loco ſuo,ſcilicet in delectatione peccati, & unxerunt eum unguento meretricio,ideſt turpitudine famæ. Sed hoc unguentum factum fuit ad corporis laſciuiam uel delectationem,ſicut debuit fieri ad ſalutem animæ. Anima nanque debet herbas peccatorũ. Primo colligere per meditationẽ. Secundo terere ꝑ diſcuſſionem, uel terere per contritionem doloris. Tertio decoquere per ardorem, & hoc in olla cordis. Iſtud unguẽtum debet anima plagis peccatorum ſuorum apponere. Eſt enim mortificatiuum peccati per dolorem. Mitigatiuum per ſpem. Sanatiuum culpæ Eccle. 38. Vnguentarius unctiones conficiet ſanitatis

*Pro. 21.*

*Pſa. 140.*

*2. Par. 16*

& in his carnis mitigabit dolores. Hoc unguentum ſuauem facit odorem, ut ait Ber. ſuper Cant. nedum hominibus, uerum etiam angelis dicens. O quantus eſt odor in domo. Ecce pœnitentia peccatoris. Hoc
Exod.30. autem unguentũ figuratum eſt Exodi. ubi dicitur ſic, Sume tibi aromata primæ myrhæ & electæ quingentos ſiclos, & cinamomi medium, ideſt ducentos quinquaginta ſiclos, calami ſimiliter ducentos quinquaginta ſiclos, caſiæ autem quingentos ſiclos in pondere ſanctuarii, oleum de oliuetis menſuram hinc. Facieſque unctionis oleum ſanctum, unguentum compoſitum. Nota. 5. dicit aſſumenda ad iſtud unguentum conficiendum, quæ ſunt Myrrha electa, ideſt amaritudo cordis, quæ tunc eſt electa quando præcipue eſt propter diſplicentiã diuinæ offenſæ, & non propter pericu-
Cant. 5. lum aut damnum quod quis incurrit. Cantic. Manus meæ diſtillauerunt Myrrham. Cinamomum, quod ſecundum Gloſſam humilitatem ſignificat, quod eſt cinerei coloris, & eſt ſpecies multum dulcis & confortatiua, de hac ponitur menſura media reſpectu primæ, quia maior debet eſſe dolor de diuina offenſa quam humiliatio de damno quod incurrit. Calamus, qui in Libano naſcitur, ſignificat decorem puritatis, & ſi non poteſt perfectè ad candorem Libani peruenire, ſaltem perueniat ad calamum Libani. i. ad eminentiam uitę. Caſia, auſtera confeſſio. Oleum deuotionis, diuinę miſericordiæ.

## FERIA VI. DOIMNICAE paſſionis, De iniquo phariſæorum concilio contra Chriſtum.

HIc homo multa ſigna facit.] Ioan.11. Tria inter alia nobis fiduciam præſtãt ad ſubſidium diuinę gratiæ requirendum, uidelicet

Præſentia



ræſentia gratioſa. [Hic.]
Clementia uiſceroſa. [Homo.]
Potentia uirtuoſa. [Multa ſigna facit.]

Collegerunt pontifices & phariſæi concilium &c. Secundum quod dicit Chryſoſtomus ſuper Matth. Homil. 31. in minori, quemadmodum columna in domo, ſi recta ſteterit, accepto põdere firmatur amplius, ſi autem modicum obliqua fuerit, non ſolum non firmabitur, ſed magis uadit ad latus, ſic & cor hominis ſi rectum fuerit uidens opera alicuius uiri iuſti uel audiens, amplius confirmatur, quemadmodum domus in columna, ſic corde ſpirituale ędificiũ ſuſtentatur. Si autẽ nõ rectum fuerit, non ſolum non confirmatur, ſed magis peruertitur, & ad praua iudicia excitatur. Iſtud generaliter ueritatem continet, ſicut exempla q̃ plurima ſacræ paginæ manifeſtant, ſingulariter tamen exemplum proponitur in euangelio hodierno. In quo quattuor exprimuntur, uidelicet.

Collegium maliuolæ conuocationis, [Collegerunt pontifices.]
Oraculum propheticæ allocutionis, [Vnus autẽ ex eis.
Iudicium ueridicæ explicationis, [Hoc autem a ſe.]
Remedium pacificæ uel beniuolæ abſentationis, [Ieſus igitur iam non palam ambulabat.]
Aggregatum concilium, ad conſultandum nequius.
Allegatum diſpendium, ad concitandum fortius.
Reſeratum præconium, ad confirmandum uerius.
Definitum iudicium, ad perpetrandum fortius.

Quantum ad primum ubi loquitur euangeliſta de quodam concilio aggregato &c. hic tangit tria. Primo qui fuerunt huius concilii auctores, & dicit quod fuerunt põtifices, in quibus eẽ debebat æquitas iuſtitię, & Phariſæi, in quibus debebat eẽ ſanctitas uitæ. Secũdo de quo erat illud cõcilium, de morte Chriſti procuranda. Erat enim aduerſus ſalutẽ, qa Ieſum &c. O peccati furia & phreneſis quæ in tantã proceſſit inſaniã,

X ut

ut mortem manſuetiſſimi medici qui ſalutem attulerat, pertractaret. Tertio quia allegant ſigna mirabilia, & ideo dicebant.[*Quid facimus? Omnes credent in eum,& uenient Romani,& tollent locum noſtrum & gentem.*] Iſtud dicebant uel quia dubitabant ne turba facere Chriſtum regem,& ex hoc turbarentur Romani qui eorũ dominabantur uel quia uolebant rebellare,& Chriſtus prædicabat patientiam,ut ſcilicet qui te percuſſerit &c.uel uerius puto dicebant ex malitia,quia uolebant contra eum corda hominum incitare. Et hic aduertendum quod periculoſa ſunt conſilia uel periculoſæ allegationes iniquorum.Ponere namque tales in loco iudicii nihil aliud eſt quam ponere cultellum in manum furioſi.Fit igitur conſilium ad conſultandum nequius ſeu iniquius &c.De iſto iniquo conſilio allegando,prophetauit ille patriarcha Iacob Gen.ſic dicens.Simon & Leui fratres uaſa iniquitatis bellantia, in conſilium eorum non ueniat anima mea,nec in cœtu eorum ſit gloria mea, quia in furore ſuo occiderunt uirum,& in uoluntate ſua ſuffoderunt murum. Maledictus furor eorum, quia pertinax,& indignatio eorum,quia dura.Nota hiſtoriam ſuccincte. Egreſſa eſt Dina &c.Gen.Sichem qui interpretatur humerus uel labor,Chriſtum ſignificat, qui propriis humeris noſtra portauit peccata,qui dicit per prophetam.Pauper ſum & in laboribus a iuuentute mea,exaltatus,ſcilicet in cruce, & humiliatus,ſcilicet in contumeliis& deſpectione, conturbatus tormento. Hic Sichem bene dicitur filius principis terræ illius,ſcilicet Emor, qui ama cans interpretatur, ideſt deus patris,qui erat contra humanum genus propter peccatum,amaricans.Dina interpretatur amaritudines ſuſcitans,& ſignificat eccleſiam collectam in fide tam ex Iudæis quam ex gentibus, quæ paſſa eſt mundi ægritudines dum tyranni tam in capite quam in membris eam ſunt diu crudeliter perſecuti, & adhuc eam perſe-

*Gen. 49.* *Gen. 34.*

quuntur



quuntur,immo uerius iniqui conſiliarii.Hanc Dinã, ſcilicet eccleſiam,Chriſtus rapuit,& eam ſibi coniugio legitimo copulauit,ſed iniqui fratres Leui,de quo pontifices,& Simon,de quo Phariſæi,nocte luce ſcilicet gratiæ notitiæ extincta, irruperunt ſuper ciuitatem,congregationem,ſcilicet fidelium,& ut eſt Gen. 49.in furore ſuo non occiderunt uirum &c.illum, ſcilicet qui eſt unus de milibus.Eſt enim unus,& ſecundũ non habet.Eccle.4.Iuxta illud quod ſequitur Gen.49. Et in uoluntate ſua ſuffoderunt murum, ideſt corpus benedictum Saluatoris. Et hic dolor ſiue uulnus plagarum magis moleſtabat Chriſtum tempore quo ipſe proximorum amore erat maxime uulneratus & affictus dum non uidebat illos conuerti.Iuxta illud Gene. Et ecce die tertio quando grauiſſimus uulnerum dolor eſt.Factum eſt autem hoc die tertia.Prima dies fuit exemplaris conuerſationis.Secunda,regularis informationis,Tertia,ſingularis operationis,ſcilicet miraculorum.]De hac præceſſerat figura Dani.ultimo.ubi dicitur quod egreſſa eſt iniquitas a ſenioribus mendacibus,qui uideoantur regere populum.Iſti fuerunt illi duo ſenes antiqui in peccatis, pleni iniqua cogitatione,qui uoluerũt Suſannam(quæ interpretatur gaudiũ gratię),ideſt eccleſiã uel Chriſti humililitatẽ, uxorẽ Ioachim qui fuit altatus in cruce.[*Ego ſi exaltatus fuero a terra &c.*]Voluerũt cum illa mœchari & cogebãt illam ad meretricandum,ſed Daniel qui dei iudicium interpretatur,ſententiauit eos.

*Gen. 34.*

Quantum ad ſecundum dicit quòd unus iniquus inter eos[*cui nomen Caiphas*,]qui uomitus oris interpretatur,quia uomit quod tenebat in corde,dedit tale cõſiliũ.[*Expedit ut unus moriatur homo pro populo &c.*] Vere unus,quia ſingularis,uere homo quia mãſuetus & dulcis.Expedit multiplici ratione.Primo, quia culpæ infinitę infinita ſatisfactio debebatur,ut ait Anſel. in libro cur deus hõ Secundo,quia omnes hoĩes erant

X 2 debitores

debitores pro ſe nec per ſe ſatisfacere poterant.Tertio
quia tanta debet eſſe ſatisfactio quanta eſt dignitas
eius cui eſt fienda ſatisfactio,omne autem quod Deus
non eſt,Deo ſatisfacere non poterat,ergo &c.Aliæ in-
ſuper rationes aſſignari poſſunt , uidelicet ut charitas
Dei erga nos commendaretur.Ad Rom. Commendat
autem Deus ſuam charitatem in nobis,qui cum adhuc
peccatores eſſemus.Chriſtus pro nobis mortuus eſt.
Quis enim credere potuiſſet quod Deus tantā habuiſ
ſet circa humanum genus dilectionem? O ineffabilis
dilectio charitatis.Secundo ut quātitas morbi tibi oſtē
deretur,pro quo ſanando oportuit filium hominis mo
ri & occidi.Bernar.Agnoſce homo quam grauia fue-
runt uulnera tua,pro quibus neceſſe fuit Chriſtum
dominum vulnerari.Tertio vt nobis confidentia impē
deretur ad Rom,5.Si enim cum inimici eſſemus recō
ciliati ſumus Deo per mortem filiij eius,multo magis
reconciliati ſalui erimus in vita ipſius.

Quātūtad tertium explicat euangeliſta vnde huius
mali uiridictum proceſſerit quo dixit[*Expedit &c.ne
tota gens pereat.*]Vñ ſubdit.[*Hoc autem a ſemetipſo nō dixit
ſed cū̄ eſſet pōtifex anni illius &c.*]ſubi indicat̄ dignitas pō
tificis,ī quo ēt ꝑuerſo ſpūs sāct⁹ dignat⁹ē vera loqui.

Quantum ad quartum dicit.[*Ab illo ergo die cogita-
uerunt ut interficerent eum.Ieſus ergo iam non in palam am-
bulabat apud Iudæos &c.* ] Moraliter autem . Quid
facimus &c. Cuilibet enim noſtrum uerbum propoſi
tum dicitur.Peccatis namque inuoluimur,peccatis de
tinemur,peccata cumulamus,& tamen nobis ſcriptu-
ra dicit,quid facimus quia hic homo &c.Vel multa ſi
Dan. 4. gna.Dan.Signa & mirabilia fecit apud me Deus excel
ſus.Eſt autem ſignum vt ait Auguſt.1.de doctrina chri
ſtiana quicquid præter ſpeciem quæ ingeritur ſenſi-
bus,aliud facit in cognitionem venire. O quot erga
nos hic homo ſigna facit,& facere non deſinit , & ta-
men infelices tam ſigna quam mirabilia minime co-





gitamus.Et timendum eſt ne ſi dimiſerimus ſic,ueniēt
Romani,qui excelſa tonitrua interpretantur,Angeli,
ſcilicet executores diuinæ iuſtitiæ , & tollent locum
noſtrum & gentem,tollent animam & corpus,tollent
uitam & opera . Quid igitur facimus , quia eius ſigna
noſtris mentibus non apponimus,nec aſpicimis eum.
Relinquimus a quo finaliter relinquemur ſi ea non
pie & dulciter ſentiamus. Si dicas,quęnam ſunt illa ſi
gna?Reſpondeo quod multiplicia,quia non deſinit no
bis oſtendere ſigna,aut amoris aut rigoris,quibus nos
dignatur reuocare ad pœnitentiam . Vnde nobis
oſtendit ſigna Erigentis uel indulgentis fiduciæ.Attra
hentis ſiue protegentis clementię. Corrigentis ſiue
erigentis iuſtitię &c. Iſtud eſt ſignum ſanguinis pro
nobis effuſi,quod eſt ſignum exceſſiuæ dilectionis.
Dilexit nos , & lauit nos a peccatis noſtris in ſan-
guine ſuo.Apocal.primo.Sicut bene figuratum fuit
Geneſis de Iuda . Lauabit ( inquit)in uino ſtolam Gen. 49
ſuam,& in ſanguine uuæ pallium ſuum . Iſtud enim
uinum non eſt aliud quam ſanguis præcioſus domini,
quo debeant inebriari corda fidelium . Iſtud ſiqui-
dē uinū expreſſum fuit in torculari crucis,& ex ipſo
lota eſt ſtola noſtra,dum,ſcilicet a peccato ſumus lo-
ti, & pallium noſtrum,dum , ſcilicet nobis innocen
tia eſt reſtituta. Aliter enim niſi mediante Chri-
ſti cruce, lepra noſtra non poterat expiari. Sed dum
mens noſtra in eius ſanguine precioſo , & candido
cuem igne ęſtuantis amoris ferueſcit,ſtatim ſumus cu-
rati a lepra . Non ſolum autem facit nobis ſanguis
Chriſti ſignum amoris,uerum etiam magnæ fiduciæ,
dummodo ipſum per ingratitudinem non operiamus.
Iob.Terra ne operias ſanguinem meum , ſed illum Iob. 16.
ponamus ueluti ſignum in mente noſtra , ſicut de
hoc habemus figuram Exodi. 12. de ſanguine agni
paſchalis . Agnus iſte in paſchate immolatus eſt Exod.12
Chriſtus. Ecce agnus Dei . Hoc ſumebatur cum

hyſopo,quę eſt hærba humilis,& naſcitur in petra,& purgat pulmonem.Sic humilitas mentem ſtabilit,quę tendit deorſum,nec inaniter rapitur ſupra ſe, purgat pulmonem,id eſt cogitationes & locutiones. Hierem. 11.Ego quaſi agnus qui portatur ad uictimam. Intincto ſanguinis eſt memoria uel aſſumptio paſſionis Chriſti,ut ſit in corde per meditationem.Et dicitur ad literam quod hęc intinctio fiebat ad modum Tau.ideſt ad modum crucis quantum ad diſpoſitionem, quia in ſuperliminari, & ſuper utrumque poſtem.Nota tũc liniuit ſuperliminare ſuperius quando diuinitatem placauit, inferius quando terram ſacrauit quæ prius fuerat polluta.Per utrunque poſtem,quia naturam angelicam & humanam,nunc autem naturam diuinam quam uidemus tantum pro nobis inclinatam. Terram quam uidemus tantum honoratam, & utrunque poſtem.Et ſuper eum tranſiens angelus executor diuinæ iuſtitię,quando percutit in nocte,id eſt improuiſe primogenita ægypti,id eſt animas,quia eis debetur hęreditas cum corporis participatione,pertranſibit illos qui ſic erunt ſignati. Figura de hoc Ioſue. 2. de Raab meretrice Raab interpretatur dilatata,ſcilicet anima quæ debet meritis dilatari.hæc habitat in Hiericho, id eſt in defecto huius mundi,quę clamat.Ego deficio Pſalm.Viam mandatorum tuorum curri dum dilataſti cor meum.2.Corinth.6.Tanquam filijs dicit apoſtolus.Os noſtrum patet ad uos o Chorinthij,cor noſtrum dilatatum eſt Hiericho interpretatur luna ſiue defectus.Eccl.9.omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui illud operabitur ibit cum illo. Exploratores ſiue nuncij,ſunt inſpirationes.Iſti ſunt nuncijs quo Ozias,id eſt fortitudo domini miſit per omnes ciuitates Iuda Iudit.15.ut inſequerentur fugiẽtes milites. Holofernis.Item qdos miſit dominus ad Iſrael.2.paral.vlt.Item nota loca, quia qui in domo exaltari debet hic ſuſcipit nuncios, id eſt inſpirationes quas Ioſue



ſue mittit ad explorandum terram,id eſt cor peccatoris,quod Deus vult occupare,abſcondit ſub humilitate in mente ſua ne diabolus eos perimat.Deinde mittit eos ad montana perfectionis,quando propoſitum adimplendi inſpirat.Hic ſi uult euadere oportet quod habeat per feneſtram coccineum funem quo ligatur corpora,& intelligitur amor,quo ligantur mentes & aïæ.Coccineus rubeus,id eſt ſanguis Chriſti. Sed hic funis non debet in domo teneri nec celari,ſed appendi foris,quia debet oſtendi operibus.Et uis bene uidere fiduciam huius ſanguinis. Quia non clamat uindictam,ut ſanguis Abel,ſed miſericordiam, Bene igitur ſignum erigentis fiduciæ. Cant.Pone ut ſignaculũ *Canti.8.* &c.Attrahentis clementię.Nam quid aliud ſignificãt Dei beneficia peccatoribus abunde collata,niſi clemẽtiam diuinam,quæ ſemper attrahere ipſos conatur. *Gen.9.* Gen.Arcum ponam &c. Nota arcus iſte eſt ſecuritas diuinæ iuſtitiæ.Hic ponitur in nubibus,dum, ſcilicet diuinam iuſtitiam in pluuiam beneficiorum conuertit, quæ ſunt ſigna fœderis & dilectionis & amicitiæ inter Deum & terram,id eſt peccatorem.Et attende ibi de arcu,quomodo Deus chordam porrigit inimico in ſignum pacis clementiæ. Tertium ſignum corrigentis iuſtitiæ.Iſa.11.Leuabit dominus ſignũ in nationes, & congregabit profugos Iſrael. Et diſpergę, pro quibus anima uulneratur &c.Eſt etiam ſignum comminãtis ſententiæ in reprobos,a qua non præſeruet miſericors dominus.Amen.

## SABBATO DOMINICAE paſſionis, De Chriſti clarificatione, in ſe,& in nobis.

D*omine uolumus Ieſum uidere.*] Ioan.21. Diuinæ gratiæ beneficijs affectus incitatur & inflammatur

tur ad uolendũ. [*Volumus.*] Aſpectus illuſtratur ad cõtuẽdum. [*Videre.*] Effectus procuratur ad obtinendum ſeu accipiendum ſeu acquirendum. [*Ieſum.*

*Ambulate dum lucem habetis ut tenebræ uos &c.*] Gratia diuina habet effugare hortum torporis. Ambulate. Generare radium ſplendoris. Dum lucem habetis. Declinare denſum erroris. Vt tenebræ, Cogitauerunt principes ſacerdotũ &c. Secũdũ ſentẽtiã beati Aug. 5. de ci. Dei. c. 8. ſicut omnes uirtutes (ſi tñ uirtutes ſunt ueræ) conſtituunt hominem membrum Chriſti, ſic iuxta ſententiam doctorum, peccata conſtituunt hominem membrum diaboli. Et ſicut charitas eſt membrorum corporis myſtici connexio, ac etiam ligamentum, ſic inuidia eſt malorum ligamentum, dæmonis, ſcilicet capitis. Eſt enim ligamentum ſiue ordine, quia eſt corpus monſtruoſum, ubi nullus ordo inhabitat. Sicut igitur membra quæ per charitatem ſunt connexa Chriſto, non poſſunt eſſe ſine debita operatione, ſic membra quæ per inuidiam dæmoni connectuntur quieſcere nõ poſſũt quin ſuo capite conformiter operent̃. Et iõ ſicut diabolus nũquã ceſſat, ſic nec mundus, quia nihil aliud cogitat niſi quomodo aut qualiter poſſit famam aut uitã alterius eneruare. De iſtorũ uitioſorũ numero fuerunt Iudei. Nã quieſcere erga Chriſtũ ac eius opera minime potuerũt, quin uel præpararẽt calũniã uel nequitiã cogitarẽt, ſicut ex operibus ipſorũ declaratur, & ſicut patet ſingulariter in euãgelio hodierno, in quo ponũtur. 4. ex quib. ipſorũ aggrauat̃, uidelicet Malignitas ſæuę machinationis ex parte Iudæorũ. [*Cogitauerũt principes*] Humilitas diuinæ uel promptæ operationis ex parte populorum. [*In craſtinum autem,*] Sedulitas gratæ perquiſitionis uel uiſionis ex parte paganorũ. [*Erant autem gẽtiles*] Sonoritas uel auctoritas ſeu ſublimitas clarę cõdemnationis ex parte ſupernorũ, [*Venit ergo uos de cœlo.*

Quantum ad primum notatur quod iſti iniqui Iudæi cogitauerunt Lazarum interficere. Nã per ſtuporẽ miraculi facta circa eum uel ad eum, plurimi conuertebantur ad Chriſtum. Erat enim negocium ſtupendum & mirum, & omnibus manifeſtum. Et ideo cogitauerũt iſti iniq Iudæi eũ interficere, ſcilicet occulte, puta ueneno ut poſſent hominibus perſuadere quod Chriſtus eum non uere reſuſcitaſſet, ſed ſolum apparenter & modo illudificato ex certa malitia, quia uolebant cõtra uitæ conſilium, id eſt Chriſtum dominum malitiã cogitare, cum tamen Prouerb. 21. dicatur. Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra dominum. Vnde Actuum dixit Gamaliel. Si eſt ex hominibus conſilium aut opus diſſoluitur, ſi uero ex Deo ẽ nõ poteritis diſſoluere, ne forte & Deo repugnare euideamini.] Nota multi ſunt qui uolunt diuinum conſilium impedire. Nota ut ait Chryſoſtomus, nullũ Chriſti miraculum ita Iudæorum corda concuſſit ſicut iſtud, nec tamen eos ab inſania reuocauit, & hoc multiplici ratione. Tum quia inuincibilius, quia quatriduanus. Tũc quia erat in plurimorũ pręſentia factum. Tum quia erant ex alio prouocati. Tum quia nõ poterãt Chriſtũ ex hoc calumniari, ſicut ex alijs ubi dicebant ipſum ſabbatum nõ ſeruare. Tum quia iam turba dimiſſio feſto, quod erat Hierſolymis, ad Bethaniã ubi erat uidelicet Chriſtus properabant. *Act. 5.*

Quantum ad secũdum ponitur honor Chriſto exhibitus a turba, ſed hoc pertinet ad craſtinã ſolennitatẽ. Item hoc pręconium, quia Chriſtum laudabant & de facto per Chriſtum miraculo teſtimonium perhibeant.

Quantum ad tertium ponit deſiderium gentilium Chriſtum uidere & audire cupientium, quem, ſ. filij iniqui reprobabant, & de ſermone facto corã eis quo Chriſtus dixit, [*Venit hora ut clarificetur filius hominis.*) ſ. per mortem & paſſionem uel afflictionẽ & cõtumelias ſibi factas. Vbi aduertẽdum quod aliter ſit clarificatio hominum per pœnitentiã ſiue afflictionẽ, aliter ſuit de Chriſto

Chriſto. Aliorum namquem hominum clarificatio eſt alicuius immūditiæ uel rubiginis peccati amotio, uel ſalte n maioris clarificantis gratiæ & meriti acquiſitio. In Chriſto autem non ſic quia ipſe habuit in inſtāti incarnationis ſeu cōceptionis plenitudinem gratiæ & per conſequēsnullam peccati rubiginem, ita quòd in ſe clarificauit non indiguit, ſed ſolum quo ad oculum noſtrum. Hanc autem claritatem quo ad nos habuit per uiam paſſionis & contumeliarum ſibi illatarum. Sicut enim uidemus quod ſpeculum clarificatur ſputo, ſic Chriſtus qui (ut dicitur Sap.) candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis illius fuit Iudæorum ſputo clarificatus & contemptu & contumelia. Iſa. 50. Faciem meā non auerti ab increpantibus & conſpuentibus in me, & ideo non ſum confuſus, id eſt in me nulla eſt inuenta macula confuſionis. Item uaſa rubiginoſa ex confricatione purgantur, ſic Chriſtus flagellis. Pſalm. 72. Et fui flagellatus tote die, & caſtigatio mea in matutinis Nota aliqui flagellantur & purgantur in nocte alterius uitæ, & in ſero mortis, & iſti ſunt illi qui in hoc mundo tranquillam uitam duxerat, ſed non ſic viri iuſti, quia illi caſtigant in die huius mundi antequam ueniat nox. Talibus namque dicit dominus illud. Gen. 27 Accede huc ut tangam te fili mi & probem utrum tu ſis filius meus &c. Tangam, ſcilicet flagellis. Item clarificatur aurum & argentum in fornace, ſic Chriſtus in fornace paſſionis ſuæ Eccl. 2. In igne aurum & argē tum, id eſt in fornace, homines, uero receptibilis in camino humiliationis. Nota multi alij modi ſunt quibus homines purgantur ſiue clarificantur. Primo quidem ſicut panni lotione & conculcatione, ſic anima lachrymarum effuſione & corporali afflictione per abſtinentiam, addendo humilitatem per mortis memoriam, in qua ueluti in cineribus aqua lachrymarum depuratur, & uim contrahit ablutiuam. Marc. 9. Veſtimenta



menta eius facta ſunt ſplendida uelut nix, qualia fullo ſuper terram facere non poteſt. Secundo per operis exercitium. Vaſa enim argenta uſu continuo magis clarent, & ſimiliter moneta. Tertio per quietem contemplationum. Thren. 3. Sedebit ſolitarius, & tacebit. Nota uinum motu turbatur, quieſcens uero purificatur & clareſcit. Pſal. Turbati ſunt & moti ſunt. Sic igitur uenit hora ut clarificetur filius hominis. Vere hæc hora eſt quando mortui, ſcilicet in peccatoris deberent audire uocem filij Dei. Nota ſicut tangere monetam denigrat manus, ſic ſpiritualiter diuitiarum & pecuniarū contractatio aliquid nigredinis in manu derelinquit, & in ueritate interdū ita eos maculat ꝙ ſordes abluit difficilime poſſunt. Similiter cœnū luxuriæ, ſimiliter quæ procedunt ex ſuperbia ex odijs & rancoribus maculā terram inducunt. Item oſtende contra ornamenta ſuperflua quod illa maculam non auferunt ſed inducūt, quia uanā gloriā & laſciuiā. [*Venit igitur hora &c*] Subdit autem ſaluator utilitatem homini per paſſionem clarificationis tam reſpectū ſui quam etiam aliorum qui ſic clarificantur, dicens. [*Amen amen dico uobis niſi granum frumenti &c.*] Auguſt. Ipſe erat granum mortificandum & uiuificandum, cecidit. ſ. ab arce diuinitatis, deſcendit in terram, in carnem quam aſſumpſit, mortuus eſt in cruce, & tunc attulis fructum multum humano generi. Item cecidit in terram per ingratitudinem Iudæorum, quia in arcam cordis eorum non potuit recipi, & tunc mortuum, quo ad eos, attulit fructum reſpectu gentiliū qui fidem receperunt. Item cadit in terram quo ad nos quando eius beneficiorū non recordamur, moritur dum, ſcilicet gratiam eius uel ipſum mente crucifigimus peccatis, & ideo multum fructum affert, ſcilicet duræ & acerbæ iuſtitię, quaſi non moreretur ipſum ſolum maneret, ſcilicet caput cum membris quod eſt unum corpus ſicut igitur granum multiplicatur ex morte eius, ſic ſanctorū merita ex paſſione Pſalm.

ſione

Pſal.56. ſione ipſorū.Pſal. Singulariter ſum ego donec tranſeā q.d.quia tunc ſum meritis aſſociatus.Iuſtus cadit per humilitatem,moritur per paſſionem uel mortificatione corporalē.Poteſt hoc dictum auaros tangere, quia uere niſi granum frumenti ſpargatur in terram, ideſt pauperes,& ſic moriatur a te,a quo temporaliter,ſubtrahitur, ipſum ſolum manebit, quia nihil gratiæ, nihil meriti habebis, niſi ſic mortuum fuerit, quòd non facis hoc ad mundi gloriam,ſed mortem. Sequitur.[*Qui amat animā ſuam,*] ut,ſ.plus diligat propriam uoluntatem uel delectationem quam diuinū beneplacitum,[*perdet eam.*]Si uis dilatare materiam dicere potes quòd ſicut uir bonus dum in peccatum cadit
2.Re.20 multos a uia bona retrahit. Exemplū.2.Re.de Amaſa mortuo,ſuper quem populus ſubſiſtebat. Exemplū de candela quæ accenſa illluminat, extincta uero ex ſuo fumo procurat abortiuum.Sequitur.[*Colligerunt pontifices &c.*]Sic diabolus cogitat illum interficere per culpā quem dominus ſuſcitauit per gratiam, maxime illum qui fuit peccator,quia talis frequenter eſt cauſa
2.Reg.3 conuerſionis multorum:dū.ſ.uident ubi abundauerit delictum ſuperabundare gratiam. De hoc.2 Reg.de Abner quē interfecit Ioab doloſe.Narra hiſtoriā.Qūo Abner primo erat inimicus Dauid pugnās cōtra eū, & qūo ipſi miſit nuncios de pace facienda cū ipſo,& de recognoſcendo ipſum pro domino, cui Dauid acquieſcere noluit,niſi uxorem ſuam Michol quam ipſe centū præputiis Philiſtiim ſibi deſpōderat,quæ tradita fuerat cuidam nomine Phaltiel,ſibi adduceret, quod & factum eſt, quem Dauid benigne ad ſe uenientem cum uiginti uiris ſuſcepit,fecitque ei conuiuium,quo audito Ioab miſit poſt eum nunciū, reduxitq; eū de ciſterna Syra ad mediū portæ, ubi ad eum loquens in dolo interfecit eum. Moraliter Abner gratificatione conſurgens,ſignat peccatorem,qui diuina gratia reſurgit a peccato Ionæ.2.Subleuabis de corruptione uitā meam



meam domine deus meus.Hic prius inimicus Dauid, ideſt Chriſti mittit ipſi bonum propoſitum & amicitiam offert,quem Dauid libenter acceptat, dum ſibi Michol,ideſt animam ſiue cōſcientiam(Michol enim omnis aqua interpretatur,ideſt omnis gratia. De ſpōſa autem Chriſti dicitur Heſter. Facies tua plena eſt gratiarum.Quæ tradita fuerat mundo,uel corpori,ponitur in matrimonium illicitum & hoc per diabolum)reducat,quod & fecit per pœnitentiam,cum uiginti uiris,ideſt cū obſeruatione præceptorum & geminę charitatis,cui & Dauid facit conuiuiū,ſed Ioab inimicus ipſum abducit a ciſterna Syra,quæ aula eius interpretatur,ideſt a conſcientia ſua,quam iam intra uerat uelut in ciſternam, ubi deus,pluuiam,ideſt gratiam uolūtariam poſuerat. In hac enim ciſterna recolliguntur aquæ gratię quę pluunt de cęlo.Inde reducit ipſum ad memoriam mundi.Mittit namque ipſi nuncium,ideſt ſuggeſtionem,ut ipſum reuocet a propoſito,quo facto ipſum ad medium portæ reducit,ſcilicet cogitationum,ut ſit undique circundatus,& hæ dicūtur Iob.38.portæ mortis.Vel medium portæ eſt conſenſus,interius cuius eſt delectatio,exterius uero opera.Sed medium eſt conſenſus,ibi moritur, ſecundum beatum Greg 29.lib.Mor.ca.8.Vbi dicit quòd prauæ cogitationes,portæ mortis idcirco uocatæ ſunt, quia profecto uia ad meritum per iniquas ſemper cogitationes aperitur. Et etiam quia diabolus per iſtas ingreditur conſcientiam.Nam ſuggeſtio pulſat, cogitatio aperit,ſed delectatio ſuſcipit,&.tūc ibi percutitur ab inimico & moritur.Sic igitur diabolus ſemper cogitat Lazarum ſuſcitatum perimere. Sed quod eſt faciendum? Faciendum eſt iuxta illud quod fecit Ioannes filius Simonis illis inimicis Cēdebeis qui uenerāt ipſum occidere primi Mach.ultimo.Narra hiſtoriā,& dic figuram &c. Heſt.2.

DOMI-

## DOMINICA IN RAMIS PALmarum, De triumpho Chriſti, ad campum certaminis uenientis.

*Ecce rex tuus uenit tibi manſuetus.*] Matth. 21. Tria quæ in uerbis iſtis tanguntur, nobis præſtant fiduciam ad deum per impetranda gratia confidentius recurrendi. uidelicet Sublimitas faſtigii. Quia [*ecce rex tuus*] Intimitas pręcordii Venit tibi.ſ. affectu, Benignitas colludij, quia manſuetus. [*Ecce rex tuus uenit tibi &c.*] Quærit bernardus in quodam ſermone cur eccleſia dei hodie duas proceſſiones repreſentet, unam uidelicet quę fuit reuerentiæ & honoris, alteram uero quæ fuit uerecũdiæ & doloris? propter quod notandum eſt quòd Chriſtus eadẽ die qua ſic ſoleniter fuit receptus expectauit per totam diem uſque ad ueſperam in templo, an eſſet aliquis qui eum inuitaret, & tũc cum id nullus feciſſet, iterum ieiunus reuerſus eſt in Bethaniam unde receſſerat, & ideo aſſignat Bernardus duplicem rationem. Vnam quidem ex parte Chriſti, alteram uero ex parte noſtra. ex parte quidem ſui Chriſtus ſic habere uoluit, ut maior eſſet paſſio qnam talis præceſſiſſet proceſſio. O quam diſſimile eſt audire crucifige eũ, & benedictus qui uenit in nomine domini? Et quã diſſimile, rex Iſrael, & non habemus regem niſi Cæſarem? Quam diſſimiles rami uirentes, & uirgæ cædentes? Flores, & ſpinæ? Alienis ueſtimẽtis uiam ornari, propriis denudari. Ex parte noſtra, ne ſcilicet frangamur aduerſis, nec proſperis extollamur, quia licet multos frangat aduerſitas, tamen multo plures extollit proſperitas. Iuxta quod ſcriptũ eſt. Cadent a latere tuo mille, & decẽ
*Pſal. 80.* milia a dextris tuis. Id eſt a ſiniſtris aduerſitatis mille, & decem millia a dextris tuis, id eſt proſperitatis & glo-





riæ. Item ne in mundi gloria confidamus. Fallax enim eſt. Et in ſequenti ſermone ſic dicit. Quantum quis ſperare iam debeat de ſucceſſu gloriæ temporalis, cuius finis labor, cuius fructus dolor & luctus? Nam & riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Hac igitur de cauſa ſancta mater eccleſia ſolennitatem huius duplicis proceſſionis hodie repræſentat. Verũ quia ſecunda magis pertinet ad ter ſequentes, idcirco igitur de prima eſt hodie ſolummodo memoria facienda, utique tangitur in euangelio hodierno, in quo oſtenditur ex quattuor triumphus domini ad capum certaminis uenientis, uidelicet

Ex præeminentia ingentis imperij. [*Ite in caſtellum.*]
Ex conuenientia præcedentis oraculi. [*Hoc autem totum.*]
Ex obedientia exſequentis conſortij [*Euntes autem diſcipuli*]
Ex reuerentia occurrentis collegij. [*Plurima turba.*]

Quantum ad primum dicit Euangeliſta quòd Ieſus de Bethania ubi conuerſatus fuerat cum Lazaro, Martha & Maria, uenit Bethphage, quæ erat in monte Oliueti, & cum appropinquaſſet Hieroſolymis, miſit duos diſcipulos, ſcilicet Petrum & Philippum. Petrus interpretatur agnoſcens, in quo ſcientia. Philippus os lampadis, in quo doctrina cum operibus exemplaribus. Miſit autem duos multiplici ratione, uidelicet propter geminam charitatem. Propter duplicem humilitatem, ſcilicet cordis, & oris. Propter teſtimonium ueritatis: Quia in ore duorum &c. Et propter myſterium fidei, quia omnes articuli aut ſunt de Chriſti diuinitate, aut de eius humanitate, & ſic ſunt de duobus. [*Et dixit eis. Ite in caſtellum quod contra uos eſt.*] Duo notanda dicit. Primum eſt, quòd uocat Hieruſalem caſtellum, & hoc multiplici ratione. Primo quidem, quia in eis non erat uinculum charitatis, ſicut narrat Ioſephus. Secundo, quia tanquam caſtrum munitionis contra dominum ſe muniuerant. Tertio, quia iam mortem ſui pontificis

tractauerant. Secūdum quòd dicit, [*quod contra uos eſt*,] Contra inquam erat, quia contraria uitæ euangelicæ, & apoſtolicæ perfectioni. [*Et ſtatim inuenietis aſinam et pullum*,] qui ad portam ciuitatis. Nota hiſtoriam.

Quantum ad ſecundum dicit ꝙ hoc factum prophe ticæ pronuntiationis. Zachariæ Quantum ad tertium dicit. 5. Primo quod diſcipuli iuerunt. Secūdo quod iuxta præceptū & pullū & aſinā ſoluerunt. Tertio, ꝙ ſo- luta animalia ad Chriſtum adduxerunt. Quarto quod ueſtimenta ſua dictis animalibus impoſuerunt. Quinto quod Chriſtum de ſuper ſedere fecerunt. In uerbis autem thematis conſideratur ingrediēdi modus. Nam cū dicitur [*Ecce*] innuit celeritas [*rex*] nobilitas [*tuus*] itimitas, manſuetus, benignitas [*ſedes*,] tranquillitas, [*ſuper aſinam*,] rectitas. ſ. ut dirigat, ut erigat, ut perducat. Quantū ad quartū dicit quod cum magna ſolenitate & reuerentia exceptus eſt a turba & populo. Nā quidam ueſtimenta propria proſternebant in uia per quam erat tranſiturus. Credendum etiam quòd uiam mundabant quidam arborū ramos ſternebant cum floribus, quia tunc erat uer. Specificantur aūt tria genera ramorū, uidelicet oliuæ, palmarum, & ſalicum. Quidā Chriſtū præcedebant, quidam comitabantur ſicut diſcipuli, quidam ibant iuxta dn̄m, quidam ſequebantur. Iterū inter eos quidam erant antiquiores, quidam iuniores, oēs autē clamabant [*Oſanna*] ideſt obſecro ſalua nos rex Iſrael. [*Benedictus qui uenit &c.*] Hic cadit duplex expoſitio, uidelicet una allegorica, altera uero moralis. Quantum ad allegoricā nota hic de Chriſto Saluatore meo multa uidelicet Locum a quo diſceſſit. Situm ad quem præceſſit. Terminum ad quem acceſſit. Modum per quem inceſſit. Cætū quem tunc direxit. Quantum ad primū, exprimitur nobis locus a quo Chriſtus diſceſſit, quia de Bethania. Situs ſiue locus medius per quem inceſſit, quia per montem Olìueti, & per Bethphage. Terminus ad quem acceſſit, quia ad Hieruſalem. Modus per quem



quem iuit, quia ſuper aſinam & pullum eius. Tangitur igitur primo locus a quo diſceſſit immediate, quia a Bethania. Bethania namque triplicem habet ſignificationem. Interpretatur enim domus gratifica. Item domus obedientiæ. Item domus afflictionis, & rōne oīm ſignificat uirginē glorioſam, de qua Chriſtus ad hunc modū proceſſit. Nam ipſa fuit primo domus gratifica, Aue (inquit angelus) gratia plena. Et infra. Inueniſt i enim gratiam apud deū. Scd̄o domus obediētiæ, & humilitatis, quia ipſa eſt obedientię mater & nutrix. Ecce ancilla domini &c. Tertio domus afflictionis, quia uere in morte filij ſui ipſa oppreſſa eſt amaritudine. Vnde dicitur Thr. 1. Subuerſum eſt cor meū in memet ipſa, quoniā amaritudine plena ſum. Vnde bene dicitur Maria, quia mare amarū, quia amaritudine repleuit eam dn̄s. Tangitur ſecūdo locus per quem inceſſit, quia per montē oliueti, qui dicitur mons trium luminū, ubi ſunt oliuæ quæ nunquā emittunt foliū ſed ſemper uirēt. Itē a Bethphage, quæ interpretatur domus maxillæ, uel domus buccæ, & ibi habebant ſacerdotes pecora, ibi etiā erat ipſorum recreatio, ut. ſ. interdū ſequeſtrati a multitudine, ibi ſolatium reciperent, Mōs iſte ratione eminentiæ figurat eccleſiam. Iſa. 2. Et erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus domini in uertice montium. Hic eſt mons dei pinguis, & ideo oliueti mōs, & triplicis luminis, quia illuſtratur lumine cognitionis, lumine gratiæ, & lumine inſpirationis. Bethphagæ domus buccæ, quia hæc eſt domus diuini præconii, & diuinæ laudis. Vel peccatorū confeſſio, audietur in ea uox ſiue ſonus exultationis, & uox laudis. Itē cōfeſſio fidei. Ore. n. confeſſio fit ad ſalutem ad Ro. Domus inſuper maxillę, quia ibi deguſtatio & maſticatio diuinarum conſolationū. Vnde ibi ſacerdotes doctrina & exemplis debēt dn̄icas oues diuino ſacrificio deputatas & alere & nutrire. Tertio tangūtur nuncii quos miſit & ad quid miſit, quia duos

*Luc. 2.*

*Rmo. 10*

diſcipulos,in quibus erat gemina charitas,gemina humilitas cordis & conuerſationis,gemina fides ut dictũ eſt ſuperius,ſtolam geminam prę mittens.Item miſi geminos propter teſtimonii firmitatẽ, quia ipſorum confirmatur doctrina,miraculis,& conuerſatione.Modo per duos diſcipulos Petrum & Philippum in quotlibet iſtorũ duo poſſunt conſiderari,uidelicet in Petro abdicatio terrenorum,(Petrus enim interpretatur diſcalceans ſe. Chriſtus aũt diſcipulos ſuos ſine pera & calceamento deſtinauit)& reſeratio ſecretorum. Ideo Petrus cognoſcens.Vnde Chriſtus ſenſum aperuit diſcipulis ut intelligerent ſcripturas, In Philippo uero qui dicitur os lampadis,deguſtatio conſideratur ſupernorũ & exhibitio exemplorum. Os lampadis. Lãpas facit lumen.Vos eſtis lux mundi,ſic luceat lux ueſtra &c.Mittuntur ad abſoluẽdũ aſinã,i.populũ Iudaicũ iam aſſuetum ad onus legis ferendũ,& pullũ.i.populũ gentilẽ tanq̃,idomitũ atque nimis rudẽ,Ad quos ſoluendos miſit dominus,licet ille ſit populus male affectus,hic populus rudis,quia dominus his opus habet. Volebat namque illis inſidere ut illos perduceret in Hieruſalem.Dilata quãtum uis. Quantum ad ſenſum integrum moralem eſt aduertendum quod ſignificent hęc animalia,quod uero nuncii ſic miſſi.Per hæc namque animalia,teſte Greg.li.1.Mor.ca.16.intelliguntur hoĩes dediti mundo, herbas[interdum ſpinoſas & pungitiuas hominibus peccatorum exponentes, & adhuc ligati uinculis animale,nulli deferẽtes honorem,quia peccator nullum reueretur, quia nec deum timet &c. Dilata.Hier.22.Sepultura aſini ſepelietur putrefactus proiectus extra portas Hieruſalem.Sed hic aduerte ꝙ per aſinam anima ſignificatur quæ magis eſt domita, per pullum uero calcitrantẽ ſignificatur corpus. Hęc animalia oneribus expoſita,ſicut dixi,ligantur uinculis multiplicis culpę in platea huius mũdi,nec ab alio paſcua accipiunt niſi ab ille a quibus eis onera impo-

nuntur,



nuntur,quia peccator in nullo alio quam in turpi delectatur & nutritur,& in turpi delectatione paſci deſiderat.Quid igitur facit dominus, Ipſæ uenit a Bethania ad mon tem Olіueti,ideſt ad montẽ miſericordiæ ſeu in Hieruſalẽ aſcẽſurus.Mõs iſte ẽ ille in quo Chriſtus uoluit exaltari,ſ.ſua crux benedicta,ſignificatus ꝑ illũ mõtẽ ubi Abrahã fuit domino filiũ immolaturus. Hic mons fuit quant um ad ipſum domus buccæ,quæ tum pie ſonuit dũ ad patrem clamauit pro peccatoribus ueniam poſtulando.Os inſuper maxillæ dicitur, quia deguſtauit & maſticauit bolum duriſſimum,mortis.Morſus tuus ero inferne, ideſt ortis cu lpæ quę ad *Oſee.13.*
infernum deducit. Mons inſuper trium lumin um, quia ab oriente illuſtratur lumine diuinitatis, ab occidente lumine humanitatis, a meridie lumine charitatis.Sed eſt ibi oleum deuotionis fomentum,ab oriẽte dico quod iilluſtratut lumine diuinitatis, quã portat quæ dicit.Ego ſum lux mundi,& ita oriens,quæ il *Ioan.8.*
luminat omnẽ hominẽ.Ab occidẽti illuminantur ſcripturæ auctoritate,quia a luce templi.Namque ſcripturæ huic myſterio crucis teſtimonium perhibent. Iob. *Iob. 37.*
Frumẽtũ(.i.electi)deſiderat nubes(.i.doctores)& nubes ſpargunt lumen ſuũ.Quæ luſtrant cuncta per circuitum &c.Habet in ſe luminis fomẽtũ,ſ.oleum.Gloſſa.Oleum.i.mĩa,mõs olіueti cumulus mĩæ.Vnde Sap. 17.Omnis enim orbis terrarũ limpido illuminabatur lumine,& nõ impeditis opibus cõtineb atur. Hoc debẽt ali & nutriri diuinæ oues.Pſal. Reſpice in faciem *Pſal.83.*
Chriſti tui.Si deſideras colorari candore reſpice innocẽtiã Chriſti in cruce.Si rubore,reſpice roſeũ ſanguinẽ eius.Si uis os ornari purpura,reſpice corpus flagellatũ.Cõſiderare debes oẽs ſenſus,& uidebis ſpeculũ ſine macula,qđ dat formã & modũ cuilibet ornamẽto. Dilata .Ibi oues dñicæ debẽt paſci ſicut ipſemet dicebat.Ioã.10.Siquis introierit ingredietur & egredietꝰ & paſcua inueniet. Ingredietur ſi ſtatũ gratiæ,& egredie-



tur

tur ſtatum culpę. Et dicit per me, quia ipſe eſt oſtiũ oĩs meriti. Item mittit duos diſcipulos. Certe ipſe multos habet diſcipulos, ſed inter alios habet duos fideliores, quos nunquã uult abinuicem ſeparari, qui continue faciunt iuſſum ſuũ. Hos mittit ad ſoluendũ aſinã & pullum, & hos uult ut tu ſimiliter mittas. Iſti duo ſunt timor & ſpes, & iſti nunquã ſeparari debẽt, quia unus ſine altero nõ uerũ dicit, nec hominẽ ſoluit ſed amplius ligat, Sed in ore duorum fiat omne uerbũ. Si enim ſolus timor mittatur ſine ſpe, ipſum peccatorẽ amplius ligat, ſ. uinculis diſperationis, nec tibi dicet ueritatem. Similiter ſi ſola ſpes mittatur ſine timore, hominẽ ligatum non ſoluit ſed ligat uinculis præſumptionis & deceptionis ac fallaciis fiducię, & dimittit hominẽ adhuc paſci in uoluptatib. nec ad deũ adducit, nec ueritatẽ dicit illi cui mittit, nec illi cui mittitũ. Vnus igitur illorũ ſine altero ſolus, cadit in uia, nec per ſe, nec ab alio ſubleuari poterit. Si enim timor cadat in foueam deſperationis niſi ſibi ſpes ſuccurrat quæ ipſum reuelet, nunquã ſurgere poterit, ſed amplius profundatur. Similiter ſi ſpes ruat nunquã eleuatũ niſi per timorem,
Eccle.4 & ideo dicit. Sapiens, Eccl. Væh ſoli, quia cum ceciderit non habet ſubleuantẽ ſe. Hos igitur, duos Chriſtus mittit, & hos duos mittere debemus ut ſoluant pullũ
Pſa.118 & aſinã, corpus, ſ. & animã, quæ ſunt pctõrũ funibus colligata miſerrime. Pſal. Funes peccatorum circundederunt me &c. Et quid debent dicere ſi inueniant prohibentẽſ? [*Dominus his opus habet.*] Pauca ſunt uerba, ſed magna ſententia. Vterque namque nuncius facit reſpõſionẽ prohibẽti ſoluere, dominus inquiũt his opus habet. Vbi aduertẽdũ ꝙ duo in gñe tenẽt hæc aĩmalia ligata, uidelicet puſillanimitas uel quaſi diffidẽtia de bono ꝑficiẽdo uel incipiẽdo, & ideo miſerabiliter ſtãt ſic ligata. Talibus nẽpe loquiũ ſpes dicẽs. [*Dominus his opus habet.*] Vult.n. ꝑ beneficia in ſidere eiſdẽ ſuã miam conferẽdo, Et amor mundanus ad parentes, ad corpus





proprium, & ad diuitias. Iſta uincula multos ligãt, & iſtæ affectiones impediunt hoĩem ne diſſoluatur, ſed eis reſpondet timor, his dñs opus habet, quia niſi ſedeat ſuper eos ſuis beneficjs, ſicut dixit ſpes, proculdubio inſidebit eis per iuſtitiã qñ pedibus eos conteret, & conculcabit. Igitur bene, [*Dominus his opus habet.*] Et ſi ſic dicatur, proculdubio confeſtim dimittentur. Iſto duo nũcij ſolũmodo inter alios ſunt fideles figurati per Ioſue & Caleb. Num. qui ſolum ueritatem dixerunt de Nu.13
terra ad quam explorandam tranſmiſſi fuerunt, aliis eiſdem multipliciter detrahentibus, & dicentibus ꝙ ibidẽ habitarẽt cultores fortiſſimi qui erant de ſtirpe Enach. i. de ſtirpe terribiliũ, de fortitudine populi terræ, de habitatione hoĩm in ea, ꝙ habitabat Amalech in meridie, Chananęus iuxta fluenta Iordanis, Eueus, Iebuzeus, & Amorreus, in montanis de terra dicebãt quòd deuorat habitatores ſuos. Iſti autẽ quantum ad illa oĩa uerũ dicebant, ſed ꝙ adiungebãt quòd nõ poſſent eos ſuperare, hoc falſum erat. Nota pro his duobus nuncijs quòd deus duplices ſtatuit iudices. ſ. reges hic eſt timor, & prælatos ſacerdotes ſacra donantes, hæc eſt ſpes. Hæc terra eſt hõ terrenus, qui de terra eſt & in terram finaliter conuertetur. Nam nunc natat in mundi uoluptatibus, ut ex terra corporis ſui, & illis cõponatur lapis qui fortiorẽ ignẽ ſuſtentet in fornace inferni, ſed nunquã poſſit reſolui, ſed continue amplius indurari. Ad hãc terram deus mittit exploratores, & mẽs tua mittit explorationem quando tibi aliquã ſpiratio immittitur, uel quando ratio clamat. Sed quid, ſtatim eiſdẽ nũciis creditur niſi aſſit Ioſue. i. ſpes ſalutis, & Caleb canis uiridis, ideſt timor latrans, & corrodens te. Licet enim & hi omnis inſpiratio uerũ dicũt quòd habitant gigantes. i. dæmones, qui ſunt de ſtirpe Enach. i. terribiliũ. Itẽ Amalech gens brutalis, ideſt laſciui in meridie, quia ſemper uolũt ornate lucere. Itẽ Amorrei, i. iracundi. Itẽ Iebuſei, i. inuidi. Itẽ Euei, ideſt

peſſimi ſiue ferrei oppreſſores in montibus ſuperbiæ, quia inde hæc omnia habent ortum. Chananæi iuxta flueta Iordanis. Chananæus zelotypus, ſcilicet pro mũdo, uxta mundi delectationes quæ ſunt riuus iudicij, quia ad iudicium perducũt. Ad literam, Iordanis influit in mare mortuum. Licet inquam iſti, uerum dicunt quod iſti ſunt nobis fortiores, & quod terra, ideſt cor terrenũ deuorat habitatores ſuos, quia conſumit omnem bonam inſpirationem, tamen Caleb, id eſt timor, & Ioſue. i. ſpes uerum dicũt, quod eas terras diuino auxilio poterimus ſuperare. Vnde iſti ſoli ſunt qui dicunt inter alios ueritatem, & iſti ſunt qu diſſoluũt, & qui homines adducunt de tenebris ægypti & peccatorum. Pſalm. Deduxiſti ſicut oues populum tuum in manum Moyſi & Aaron. Aaron montanus, id eſt, ſpes. Hi igitur habent ſoluere & ad Chriſtum adducere, ut Chriſtus eis inſideat per gratiam, ſed oportet ut ibi ponant ueſtimenta ſua. Primo ſiquidẽ oportet ut ponant ueſtimenta pnĩæ, quibus corpus atteritur & domatur, & ſimiliter cor. Oportet enim tã corpus quam cor atteri, quæ attritio fit per pœnitentiam.
Prou. 10 Cordi namque dominus inſidere uult dicentes. Prouer. Fili mi præbe cor tuũ mihi. Nota quod Sem & Iaphet a tergo, id eſt cum humilitate acceſſerunt ut pallio cooperiant Noe. Hęc igitur ſunt ueſtimenta. Aſina uero eſt caro. Pullus caralnis appetitus. [*Et ſtatim inuenietis,*] quia ſine magna ſollicitudine quærendi ſtatim occurrunt peccatores alligati. Prou. 7. Intexui funibus lectulum meum. Funes ligantes ſunt, iuuenta ſanitas nobilitas, proſperitas, diuitiæ, delitiæ, Soluite uerbo correptionis ex fructu uitæ, & orationis. Veſtimenta, id eſt conuerſatio ſternenda eſt ſub pedibus, quia Chriſti uita & eius ueſtigia dẽt ſuperferri in tua conuerſatione. Aliter Caſtrum corpus eſt, aſina concupiſcẽtia pullus cor diſſolutũ. Hoc ṽculo peccatorũ maculant duo diſcipuli cõtinẽtia & abſtinẽtia [*Diſcite q. dñs minus his opus habet, & cõfeſtim dimittent,*] quia modica ẽ uirtus tentationis contra imperium uirtutis & gratiæ. Veſtimenta ſunt charitas. Nam omnes uirtutes ſunt nudæ ſine charitate. Vnde ipſa eſt ornamentum uirtutum. Rami affectiones temporalium a nobis amputandi & conculcandi antequam tota arbor amputetur. Luc. 2.
Luc. Iam ad radicem arboris ſecuris poſita eſt. Nota, non timemus ſecurim, quia attendimus manubrij longitudinem & non ferri ictus, & credimus in longitudine manubrij dilationem.



## FERIA V. HEBDOMADAE Sanctæ, De cœna Domini, & multiplici pane.

PAnis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi uita.] Ioan. 6. Quoniam ſecundum beatum Greg. probatio dilectionis eſt exhibitio operis, quantum Chriſtus Dei filius humanum genus dilexerit, uerba iſta dominica & euangelica euidenter oſtendũt. Verba igitur propoſita, Ioannes. 6. ſcripta, illius ore qui eſt ueritas infallibilis, uia inobliquabilis, felicitas interminabilis ſunt prolata. Saluator nanque noſter a patre ab æterno procedens, ut a mente uerbum, a ſole radius, & a fonte fluuius, carnem aſſumens & de uirgine naſcens humanum genus propter trãſgreſſioné primorum parentum immortalitatis gloria ſpoliatũ uenit miſericorditer recepturus, ſicut uerba præhabita de Ioanne ſumpta euidenter exprimũt & declarãt. Nã dicit ſaluator. [*Panis quem ego dabo &c.*] In quibus uerbis tria per ordinem ſcribuntur quæ hanc ſacratiſſimam cęnam omni reuerentia dignam reddunt commendabilem & acceptam. Primum quo ibi deſcribitur & quod reddit hodiernam cœnam commendabilem eſt nobilitas alimenti. Secundum eſt ſublimitas

ſacramenti. Tertium eſt abolitio detrimenti. Alimentũ enim in hac cœnam diſpenſatum, eſt mentis refectiuũ. Sacramentum institutum eſt morbi curatiuum. Detrimentum ablatum eſt humani generis depreſſiuũ. Nobilitatem alimenti probat cibi expreſſio, propter quod dicit Saluator. [*Panis quem ego dabo.*] Sublimitatem ſacramenti probat miraculoſa tranſubſtantiatio, propter quod addit. [*Caro mea eſt.*] Ablationem detrimenti probat humana redemptio, propter quod ſubiungit [*Pro mundi uita*] Dicit igitur Saluator. [*Panis quẽ ego dabo &c.*] Sacra autẽ pagina a ſpiritu ſancto (ut ait Hugo) reuelata & per ſanctos uiros (ut ait beatus Petrus) administrata dicit ſaluatorem noſtrum humano generi panem multiplicem exhibere. Ipſe enim dat nobis panem materialem, dat etiam panem ſapientialem, dat etiam panem ſacramentalem, dat etiam panem cæleſtem. Primus eſt panis naturæ. Secundus eſt panis doctrinæ. Tertius eſt panis euchariſtiæ. Quartus eſt panis gloriæ. Panis naturæ, eſt panis uniuerſorum. Panis doctrinæ, eſt panis conuerſorum. Panis euchariſtię, eſt panis electorum. Panis gloriæ, eſt panis beatorum. Inuenitur igitur in ſacra pagina. Primo quidem panis naturæ. Hic autem panis datus eſt homini poſt lapſum primorum parentum in recompenſationem pomi ligni uitæ, quod homo perdidit hoſte ſeggerente, muliere conſentiente, & ipſo tandem perficiente. Vnde Chryſoſtomus loquens de ruina facta per mulierem, ait. Hæc eſt mulier antiqua malitia &c. Hieronymus etiam ammonet ut huius ruinæ ſemper memores exiſtamus, cũ dicit. Nec Dauid ſanctior, nec Salomone ſapientior eſſe poteris &c. Hoc etiam peccatum deplorans Iob ait c. 3. Pereat dies in qua natus ſum, quod exponẽs Greg. ait Viderat (inquit) uir ſanctus &c. Quod homo etiam perdidit propter ſcientię appetitum, ſicut dicit Ber. de aſcenſione Saluatoris. Poteſtatis, inquit, ambitio



ambitio angelum ſocietate priuauit angelica, ſcientiæ appetitus, hominem immortalitatis ſpoliauit gloria. Multis enim appetitus ſcientiæ fuit occaſio ruinæ. Propter quod conſilio Apoſtoli eſt utendum admonẽtis non plus ſapere quam oportet. Sic quis autem uellet perfecte ſapere, ſacer doctor Greg. docet per ſanctã ſcientiam eam innui, quæ non eſt occaſio ſuperbiæ & ruinæ, immo potius eſt uia & regula perfectæ iuſtitiæ uolenti ſecundum illam uiuere. Ait enim in Moralibus. Perfecta quidem iuſtitia eſt in hoc quidem mundo uiuere, & de huius mundi concupiſcentia nil habere, aliena non appetere, propria non timere, laudes mundi deſpicere, & pro Chriſto opprobria amare &c. De iſto naturali & materiali pane homini lapſo collato, ſcribitur Gen. In ſudore uultus tui ueſceris pane tuo. Ac ſi dicat Deus homini iam collapſo, propter præceptum quod neglexiſti, propter peccatum quod conſumpſiſti, propter mulierem cui obediſti potius quam mihi, in ſudore, ſcilicet corporis, ſollicitudine mentis, formidine mortis, in dolore & in labore uultus tui ueſceris pane tuo, quia pomum ligni uitæ perdidiſti, quod uirtute ſibi collata diuinitus poterat tibi (ſi non peccaſſes) uitam conſeruare. Sic igitur inuenitur quidam panis naturæ. Inuenitur etiam quidam panis ſapientiæ & doctrinæ. De iſto pane loquitur Sapiens Eccleſiaſticis. Cibauit illum pane uitæ & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Dicit ergo. Potauit illum, ſcilicet uirum fidelem, uirum humilẽ, mũdi uirum contẽptorẽ, uirũ Dei amatorẽ. Talẽ enim cibat Deus pane uitę, pane ſapiẽtię, pane gratię. Pſal. Cibabit uos pane lachrymarũ. Et attende quod dicit cibauit, quia ſicut panis materialis eſt cibus corporis, ita ſpũalis uel diuini ſermonis eſt cibus mentis, ſicut dicit beatus Greg. in quadã homilia. Verba (inqt) Dei quę aure pcipitis mẽte retinete, cibus. n. mentis eſt ſermo Dei quaſi autem laſſeſcẽte ſtomacho cibus

Gezno.

Eccl. 15.

Pſal. 79.

cibus reijcitur,cum auditus ſermo in uentre memoriæ non tenetur. Panis enim doctrinæ mentem ſanat, animam roborat,mentem illuſtrat. Vnde Greg.8. Moral. Sicut fames carnis eſt ſubtractum ſubſidium corporis, ita fames mentis eſt ſilentium diuinæ locutionis,quia dum humanam mentem diuina allocutio deſerit,contra eam carnis tentatio inualeſcit. Mentem etiã illuminat, ſicut dicit ꝓpheta. Declaratio ſermonũ tuorũ illuminat. Cibauit ergo illum pane uitæ & intellectus,q͞a diuinum eloquium illuminat intellectum, quamuis ſpiritus ſanctus illuminet affectum, ſicut dicit beatus Greg.29. Mora.c.13.in perſona ſapientiæ increatę. Dũ dura,inquit,corda emollio, dum aſpera mitigo, dum rigida inflecto, dum frigida accendo,dum uaga ſtabi-
*Cant. 5.* lio,dum nutantia confirmo,dum debilia corroboro, intuere ſi uales incorporaliter ueniens quibus meatibus ea illuſtro. Cibauit ergo illum pane uitę & intel. Sequitur. Et aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Attende quod ſignanter dicit ſapientiæ ſalutaris, quia ẽ quædam ſapientia ſalutaris,quædam damnabilis, quædam mundanorum,quædam iuſtorum. Hanc duplicẽ ſapientiam diſtinguit beatus Greg. ſuper illo nerbo Iob. Deridetur iuſti ſimplicitas.lib.Mora.10.ca.27.vbi ſic ait. Huius mundi ſapientia eſt cor machinationibus tegere,ſenſum verbis velare, quæ vera ſunt falſa oſtẽdere,quæ falſa sũt veracia demõſtrare. Hæc nimirũ prudentia vſu a iuuenibus ſcitur,hæc a pueris prætio diſcitur, hanc qui ſciunt cæteros ſuperbiendo deſpiciunt,hanc qui neſciunt, ſubiecti & timidi in alijs mõſtrantur, Hæc ſibi obſequentibus præcipit honorum culmina quærere,adepta tẽporalis uitæ uanitate gaudere irrogata ab alijs mala multiplicius reddere, cum vires ſuppetunt,nullis reſiſtentibus cadere, cum vero virtutis poſſibilitas deeſt,quicquid per malitiã explere nõ ualet,hoc in pacifica bonitate ſimulare. Iſta é ſapiẽtia plena tumiditate, plena uanitate plena calamitate.

unũ



unũ Aug. Sapiẽtes in naturis rerũ ſtulti facti ſunt in deo Ponit etiam idem beatus Greg. aliam ſapientiam iuſtorum, ſcilicet quæ eſt ſapientia laudabilis,imitabilis & deſiderabilis,ait enim ibidem. Iuſtorum ſapientia ẽ nihil per oſtenſionem fingere,ſenſum uerbis aperire, vera vt ſunt diligere, falſa deuitare,bona gratis exhibere,mala libentius tolerare quam facere,nullius iniuriã quærere,& pro ueritate contumeliam pati lucrum putare. Hæc eſt ſapientia plena charitate,plena ſanctitate,digna æterna felicitate. Vnde Iacobus. Quæ,inquit, deſurſum eſt ſapientia primum quidem pudica eſt, deinde pacifica,modeſta,ſuadibilis, bonis conſentiens, plena miſericordia & fructibus bonis,iudicans ſine ſimulatione. Aqua ergo ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Inuenitur tertio quidam panis Euchariſtię. Et iſte eſt panis cælicus,panis angelicus,panis beatus. Hũc panem dedit Chriſtus apoſtolis in hac cœna ſacratiſſima ſicut dicit beatus Mathæus [ *Cœnantibus illis accepit Ieſus panem,bene dixit,fregit,& dedit diſcipulis ſuis, & ait* *Mat.26.*
*illis. Accipite & comedite,hoc eſt corpus meum.* ] Dicit ergo cœnantibus illis,ſcilicet apoſtolis. Saluator enim ſic cænauit cum ſuis fidelibus per præſentiam corporalem,cœnat nunc per inhabitationem mentalem, cœnabit in fine per remunerationem æternalem. Beati in- *Apoc.16*
quit Ioannes Apoc. qui ad cœnam nuptiarum agni uocati ſunt,cœnantibus ergo illis accepit Ieſus panem. Ieſus inquit qui eſt ſalus morientium,ſcilicet per culpam, nam ſi tales uolunt ad eum redire ſanantur. Vnde Petrus Rauennas,ſuper illo uerbo Lucæ.1. Vocabis nomen eius Ieſum, Hoc eſt inquit nomen quod eſt ſuper omne nomen,quod dedit cæcis uiſum, ſurdis auditum,laudis greſſum, ſermonem mutis, uitam mortuis, totamque diaboli poteſtatem ab obſeſſis corporibus effugauit. Eſt etiam Ieſus medicina infirmantiũ contra plagas & peſtes mentis. Nulla enim efficacior medicina, ſicut dicit Bern. Hoc inquit nomen Ieſus eſt

medicina

medicina quod iræ impetum cohibet, ſuperbiæ tumo rem ſedat, ſanat liuoris vulnus, reſtringit luxuriæ fluxum, extinguit libidinis flammam, & ſitim temperat auaritię. Eſt etiam ſuper præcium noſtrũ. Dedit enim ſeipſum pro nobis, laboribus, uigilijs, & contumelijs multis, de quibus debemus eſſe memores cum beato Ber. qui dicit. Memor ero quandiu uixero laborũ quos pertulit in prædicando, fatigationum in diſcurrendo, uigiliarum in ieiunando, contemplationum in orando lachrymarum in coompatiendo, inſidiarum in colloquendo, proſtremo (inquit) memor ero ſputorum, colaphorum, & clauorum, &c. Accepit ergo Ieſus panem. Panis, enim qui eſt Chriſtus, eſt panis uiuificans, panis lætificans panis fortificans, panis beati ficans. Eſt (inquit) Chriſtus panis uiuificans reuertentes. Ego (inquit) ſum panis uiuus qui de cœlo deſcendi. Eſt etiam panis lætificans pœnitentes. Sap. 16. Panem de cœlis præſtitiſti eis ſine labore, omnem delectationem in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem. Eſt etiam panis fortificans. Ioan. 6. Si quis manducauerit ex hoc pane uiuet in æternum. Accepit ergo Ieſus panem & benedixit & fregit. Sunt tres partes. Vna pars, quæ eſt mixta cum ſanguine, ſignificat comprehenſores. Altera duarum quæ ſunt in patena, ſignificat, uiatores. Alia ſignificat fideles in ſepulchris quieſcentes. Deditque diſcipulis ſuis. Multa nobiliſſima dona dat homini deus ſicut dicit beatus. Auguſtinus. Dedit (inquit) deus homini animam cum potentijs, corpus cum membris, mundum cum elementis. fidem cum ſacramentis, artẽ cum documentis, ſeipſum cum tormentis. [*Et ait accipite,*] tanquam donum magnificum. [*Et comedite,*] tanquã cibum ſaluificum. [*Hoc eſt corpus meum,*] hoc eſt inquã corpus uirtute ſpiritus ſancti conceptum, hoc eſt corpus in inſtanti formatum, hoc eſt corpus de uirgine natũ, hoc ẽ corpus uinculis ligatũ, hoc ẽ corpus dure flagellatũ, hoc eſt corpus in cruce leuatum, hoc eſt corpus felle

Ioan. 6.



felle potatum, hoc eſt corpus lancea ſauciatum. Hæc omnia quæ pro nobis ſuſtinuit deberemus reſpicere, ſicut ammonet Bern. Reſpice, inquit, fidelis, anima, reſpice in faciem Chriſti tui, & uidebis eum deorſo flagellato, latere ſauciato, capite uepribus puncto, manibus perforatis, pedibus foſſis. Volue inquit & reuolue totum corpus dominicum a capite uſque ad pedes, a latere uſque ad latus, & ibi circunquaque inuenies cruorẽ & dolorẽ. Sic igitur inuenitur quidã panis euchariſtię. Inuenitur ultimo quidã panis gloriæ, & iſte ẽ panis ſufficiẽs, panis indeficiẽs. De iſto pane dicitur Luc. Beatus qui manducabit pane in regno cælorum. Vere beati propter habitationis amœnitatẽ, propter affectionis ſatietatẽ, propter beatitudinis ſecuritatẽ, propter cõtẽplationis ſuauitatẽ, beatitudo ſecũdũ Auguſti nũ eſt ſtatus omniũ bonorũ aggregatione pfectus. Vere eſt ibi oẽ bonũ, quia ſecũdũ Bern. ibi eſt dies ſine nocte, certe ſine forte, uita ſine morte. Ibi erit iocũditas ſine dolore tranquillitas ſine labore, ſecuritas ſine timore. Ibi erit pulchritudo ſine deformitate, fortitudo ſine debilitate, rectitudo ſine peruerſitate. Ibi erit ueritas ſine fallacia, charitas ſine malitia, felicitas ſine miſeria. Ad hãc felicitatẽ nos pducat ſaluator noſter q pro nobis redimendis dignatus eſt carnẽ aſſumere, mortẽ ſubire, & cũ mortuis triũphare, qui cũ patre & ſpiritu ſancto uiuit & regnat per immortalia ſecula. Amen.

Luc. 14.

## FERIA VI. IN PARASCEVE Domini, De cauſis mortis Chriſti.

P*Oſui faciẽ meã ut petrã duriſſimã & ſcio quoniã nõ cõfundar.*] Iſa. 50. Verba illa ſunt Chriſti in certamine poſiti, in quibus oſtẽdit in ſe documẽtũ ſũme pfectiõis & duo ponit primo fortitudinẽ triũphãtis patiẽtię ibi Poſui

[*Poſui faciem meam ut petram duriſſimam,*] ut ſic cõpleatur eo illud Eze. Ecce dedi faciem tuam ualentiorem faciebas eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum, ut adamantem & ſilicem dedi faciem tuam. Secundo rectitudinem perſeuerantis innocentiæ, ibi. [*Et ſcio quoniam non confundar*] ſcilicet in innocentia condẽnatis. Vnde Pſal. In te domine ſperaui, non confundar in æternum. Dicit ergo. [*Poſui faciem &c.*] in quo inſinuat fortitudinem & rectitudinem. ſ. patientiæ & innocentiæ, quia terroribus perſtitit aduerſa, non fuit flagellis attonita, nec conuitijs conſternata. Propter quod nota ꝙ per faciem, Chriſtus in hoc propheta totum corpus ſuum intelligit, & eſt ſenſus. [*Poſui faciem meam*] ideſt me totum expoſui opprobrijs uoluntariè, quia circa paſſionem ſuam, a diuina uoluntate nõ diſcordauit, immo conſenſit dicens, Non mea ſed tua uoluntas, etſi factus obediens uſque ad mortem. Quod fuit conueniens tripliciter. 1. Propter iuſtificationem noſtram, ut ſicut per inobedientiam unius, peccatores conſtituti ſunt multi, ita per unius obedientiã iuſti conſtituentur multi. Rom. 5. 2. Propter noſtrã recõciliationẽ inquantũ mors Chriſti fuit ſacrificium quoddam, Deo acceptiſſimum. Ephe. 5. quod ex obedientia procedere debebat. Melior enim eſt obedientia quàm uictima. 3. Propter uictoriam ſui, qua de morte, & auctore mortis triumphauit. Sicut enim miles, ut uincere ualeat, oportet quod obediat duci. Ita Chriſtus uictoriam conſecutus eſt, quia fuit patri obediens Prou. 21. uir obediens, loquitur uictorias, Iudith 12. Quæ ſum ego, ut contradicam Domino meo regi? Hac obedientia poſtquam ſuos confortauit, ſurgens a cœna (hymno dicto) uenit cum diſcipulis ſuis in uillam quæ dicitur Gethſemani, ut ſciamus neminem aſcendere in crucem Ieſu, niſi prius deſcendat in uallem Cedron, nõ quia cedros habeat, (tranſierunt enim delitiæ in Adã) ſed quia profunda, & obſcura, humilitatem ſignificans

*Ezech.* 3
*Pſal.* 30.



cans [*Introiuit in hortum,*] quia Adam in horto peccauit. [*Orauit,*] oſtendens quibus armis Chriſtiano militi, in afflictionibus utendum ſit [*triſtatur*] prout triſtitia eſt naturalis affectio, uel paſſio appetitus ſenſitiui ſecundum Hieronym. Sed non dominabatur illi uſpiam ulla triſtitia, neque a culmine uirtutis deiecit, ut nos ſæpe noſtro malo experimur. Sed rationis imperium ſequebatur. Duo potiſsimum Chriſtum anxerunt, peccatum ſcilicet & Dei offenſa, Iſai. 53. Dominus poſuit in eo iniquitates omnium noſtrum. Alterum modo ex animo, modò ex corporis qualitate naſcebatur, ſenſum enim habebat clarè omnia iudicantem uaria ſcilicet ſupplicia quæ paſſurus erat, & hominum pro quibus debebat pati ingratitudinem. Verum quia [*poſuerat faciem ſuam ut petram duriſſimam*] ſurgens ab oratione conſolatur ſuos diſcipulos, inuigilat tanquam bonus paſtor ſuper gregem ſuum, ſeſe offert cohorti proceſſit obuiam dixit. Quem quæritis ego ſum. Ad Iudam autem conuerſus ait Amice ad qd uenisti? acriter obiurgat Petro, qui gladio eum defendere uolebat docens quomodo gladius utendus ſit, & quomodo non debemus malum pro malo reddere. Non conſternitur ante tribunal Annæ Pontificis ad quem ducitur ligatus, reſpondit intrepide pontifici, cæditur in faciem, iuxta illud Threno. 3. Dabit percutienti ſe maxillam, & oſtendit quomodo pro ueritate nonnunquam fortiter reſpondendum dicens. Si male locutus ſum &c. fugiunt diſcipuli Petrus eũ negat, Annas mittit ad Caypham. Principes & omne concilium quærunt contra eum falſum teſtimonium, ipſe ſilet, tacet, & cum loquitur conſtanter loquitur dicens pontifici. Tu dixiſti, quod ego ſum Chriſtus filius Dei benedicti. Quo uerbo uere Chriſtus ſe ut petra duriſſima expoſuit. Nam quàm primũ Iudæi audierũt Chriſtum ſe filium Dei dixiſſe, tunc ueluti in iure damnatum ſæuire cœperunt, expuentes in faciem eius, & multa

*Rom.* 12

multa alia opprobria facientes dic hiſtoriam. O Domine, ad quorum manus deueniſti? quanta eſt patientia tua? Sed notat, quod Chriſtus uoluit faciem ſuam primo uelari, ut nos ablueret a uelamento ignorantię. Secundo cõſpui, ut nos abſtergeret ab inquinamento nequitiæ. Tertio cœdi, ut nos dirigeret emolumento iuſtitię. Voluit primo Chriſtus faciem ſuam uelari ad modum latronis qui debebat in cruce ſuſpendi Mar. 14. Cœperunt quidam uelare faciem eius. Hanc uelactionem præfigurauit facies Moyſi, Exod. 34. Impletis ſermonibus poſuit uelamen ſuper faciem ſuam. Vnde ſi quæris ignorans quare Deus permiſit? Certe ut te a uelamine ignorantiæ liberaret. Vnde Hiero. Velari uoluit ut uelamen culpæ & ignorantiæ a cordibus noſtris auferret. Hoc eſt illud uelamen quo ſe operiunt peccatores. De quibus Sap. Dum putant ſe latere in
Sap. 17. obſcuris peccatis tenebroſo obliuionis uelamento diſperſi ſunt pauentes horrendè, & cum admiratione nimia perturbati. Voluit ſecundo Chriſtus conſpui facie, ut ſic dignatione oſtenderet quod pro nobis paſſus eſt ſe ſtolidum reputari, & ut uiliſſimum irrideri. Vnde Marc. Cœperunt quidam conſpuere in faciem
Mar. 14 eius. Nam proprie illi conſpuuntur qui ſtolidi & uiles reputantur. Vnde in perſona Chriſti, dicit Iſa. 50. Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conſpuentibus in me. Vnde hoc fuit ei ad humilitatem, Iudæis autem ad trucitatem. Iob. Faciem meam conſpuere nõ
Iob. 30 uerentur. Hoc autem paſſus eſt Chriſtus ut nos a culpæ fœditate mundaretur. Hieronym. Conſpui uoluit dominus ut nos lauaret. Hoc figuratum eſt in cœco. Ioan. Lutum mihi poſuit ſuper oculos, & laui, & ui-
Ioann. 9. deo. Voluit tertio cędi in faciem, ſecundum illud Luc. 22. Velauerunt eum, & percuſſerunt faciem eius. Et id quidem quaſi faciem inſani & blaſphemi, ut ſit facies eius tota liquefacta alapis Iudæorum, unde nobis oſtẽderet exemplum iuſtitiæ. Vnde gratis pro nobis uerbera



bera ſuſtinebat, ſecundum illud Thre. 3. Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobriis. Noli igitur homo tantis beneficiis ingratus eſſe, quia precium ſanguinis Chriſti es. Pſal. 104. Quærite dominum, & confitemini, quærite faciem eius ſemper. Quærenda eſt facies Chriſti per meditationem, ut ibi ſit ſemper.

Eſt.n. facies Chriſti plena gratiarũ, cũ ipſe ſit ſpecioſus præ filiis hominũ. Pſal. 44. Quã multi reges & prophetæ uoluerũt uidere. Vnde hãc expetiuit Moyſes, & Luc. 20.
Dauid dicebat. Oſtende nobis Domine faciem tuam, Pſal. 79.
& ad pietatem, & amorem omnes trahebant præter Iudæos, qui eam uelarunt, ut liberius malitiam ſuam in ipſum exercerent.

Sed nota quod charitas Chriſti erga genus humanũ tanta fuit, ut non ſolum faciem ſuam uelari uoluerit, ſed etiam corpus flagellari, & crucifigi. Quapropter narra qũo Chriſtus fuit præſentatus coram Pilato, & Herode, & falſa accuſatione accuſatus, uſq; ibi tũc ergo apprehendit Pilatus Ieſum, & flagellauit. Vnde nota q̃d Chriſtus fuit flagellatus primo crudeliter, multis flagellationibus, ut multa purgaret peccata ex utraque parte corporis, quia homo etiã dupliciter, peccauerat. 1. ſpiritualia deſerendo. 2. temporalib. inhærẽdo, ut primo ſatisfaceret, flagellatus fuit in parte dextera, in ſiniſtra uero ut primo ſatisfaceret. 2. fuit flagellatus utiliter, quia hoc modo purgauit peccata noſtra. Iud. 7. Pſalmus cõgregauit ſup me flagella, hoc aũt ſuſtinuit Pſalm.
tribus de cauſis. 1. Propter remediũ quia patrẽ placauit, Iſa. 53. Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum fuit certè corpus Chriſti tanq̃ ſaccus theſauro plenus homo erat captiuus, Chriſtus uulnerari uoluit, ut ſciſſo ſacco, Theſaurus inde exiret, quo captiuus redimeretur 1. Pet. 1. Prou. 7. 2. Propter documentũ, ut diſcamus, q̃d nõ ſolum propter culpã propriã, quandoq; flagellatur homo, ſed propter aliorum utilitatem, ſicut uerberatur canis, propter leonem. Vnde Iſaias ait, Attritus eſt

Iſa. 53 propter ſcelera. 3. Propter exemplũ, ut etiã nos nõ ti
1.Pet. 2. meamus uulnerib⁹ & flagellis exponere hinc eſt qđ ait Petrus Chriſtus ꝓ nobis paſſus eſt &c. Et in tm̄ paſſus eſt quod mori uoluit, & crucifigi, ut nos deo reconcilia ret, Tradidit in mortem animam ſuam, cuius liuore ſa
Colos. 1. nati ſumus. Propter tria uoluit Chriſtus crucifigi. 1. ut
Iſa. 53. nos liberaret a ſeruitute peccati, ut dicit Paulus uetus
Rom. 6. homo noſter ſimul crucifixus eſt. Nam inclinatio capitis crucifixi, docet te non ſeruire ſuperbiæ. Brachiorum extenſio non ſeruire inuidiæ. Nuditas corporis nõ ſeruire auaritiæ. Crucis affixio, non ſeruire accidiæ. Eius oratio pro crucifixoribus, non ſeruire iræ. Fellis & aceti potatio, non ſeruire gulæ. Corporis afflictio ſiue uulneratio, nõ ſeruire luxuriæ. 2. uoluit Chriſtus crucifigi ut nos uiuificaret. 2. Cor. 13. crucifixus eſt, ex infirmitate. Oĩs anima in ſanguine &c. & Oſea, uiuificabit nos
Leu. 17. poſt duos dies. fuit Chriſtus tanquã pellicanus qui in
Oſe. 6. quinque partibus corporis ſui uoluit uulnerari, ut pullos ſuos mortuos. i. homines uiuificaret. 3. uoluit crucifigi ut nos erudiret de tribus. 1. de obediẽtia. Gal. 4. O Inſenſati Galathi. 2. de pœnitentia ut carnem noſtram mortificemus. Galat. 5. Qui Chriſti ſunt &c. 3. de ſanctimonia, ut moriamur. ſ. mundo & mundus moriatur nobis iuxta illud. Mihi autem abſit gloriari.
Gal. 6. Secundo ponit rectitudinem perſeuerantis innocentiæ, dicens. [*Et ſcio, quia non confundar.*] Quia ſpes Chriſti fuit ſcientia, non enim fuit in Chriſto fides, & ſpes puri hominis, ſed ſolum quantum ad ea, quæ ſunt, ex parte corporis. Vnde certiſſime præuidebat reſurrectionem corporis ſui, & fœlici expectatione expectabat, ut dixit in Pſalmo 15. qua poſtea irriſit, & ſubſannauit Iudæos, ut prȩuidit pſalmo ſecundo. Non eſt igitur confuſus, quia morte ſua, ceſſant umbræ Deus placatur homo redimitur, Diabolus eijcitur, latro cõuertitur, Cẽturio eruditur, mundus fidem Chriſti recipit. Et tandem, qui prius Chriſti mortem impetraſſe gaudebant,



debant, poſt mortem eius timẽtes Deum amplius glorificarunt. Nos ſoli ſumus inimici crucis Chriſti &c. Rogemus ergo Dominum ut nobis pro ſua miſericordia concedat uitam æternam. Amen.

In die ſancto Paſchæ, require in Sermonibus Dominicalibus. fol. 204.

## FERIA SECVNDA Paſchæ.

DVO ex *Diſcipulis ibant ipſa die in caſtellum &c.*] Luc. 24. Sicut Doctrina euangelica, contriſtat corda per paſſionem, & mortem Chriſti, ita per reſurrectionem conſolatur, & in amorem Chriſti accendit. Vnde diſcitur, quod in hoc mundo, non tantum præſentia ſunt reſpicienda, ſed potius de futuris, & promiſſis Dei auxilijs bene ſperandũ, Quod cum non haberent hi duo diſcipuli, imo cum de regno Chriſti carnaliter ſentirent non eſt mirum, ſi metu & anxietate relicta ciuitate, irent in Emaus ut dictum eſt ex Euangelio, In quo duo erunt conſideranda. Primum Aſſociatio gratioſa ibi [*Ieſus appropinquans ibat cum illis*] Secundum communicatio fructuoſa ibi, [*& ipſe dixit ad eos, o ſtulti & tardi corde ad credendum*] dicendum de primo uidelicet qualiter dominus ſe gratioſiſſime aſſociauit duobus diſcipulis euntibus in Emaus, & nobiſcum etiam aderit ſi tales fuerimus, ut diſcipuli illi, ipſi enim nobiſcum eſſe deſiderat. Prouerb. Deliciæ meæ eſſe cũ filijs hominum. Ad hoc autẽ neceſſariæ ſunt tres conditiones quas iuxta euangelium notare poſſumus. Prou. 8.

Prima eſt conditio deuotæ affectionis.

Secunda eſt conditio ſanctæ recordationis.

Tertia eſt conditio pie lamentationis.

Prima eſt conditio deuotæ affectionis hoc datur intelligi ex hoc quod iſti duo diſcipuli ibant in Emaus quod interpretatur deſiderium conſilij. Sanctum quippe deſiderium, diſponit animam, ut digna ſit habere dominum Ieſum ſecum. Sap. Præoccupat eos qui ſe conſpiciunt, Ideo dicit Auguſt. Tota uita boni chriſtiani ſanctum deſiderium quod deſideras non uides, ſed deſiderando capax eris. Et certe ſicut di. Ber. Bonum deſiderium, ſeu bona uoluntas origo eſt, & mater omnium bonorum. Ex oppoſito autem defectus boni deſiderij reddit hominem impotentem ad bonum, Vnde ipſe Ber. Fortaſſe ideo non poſſumus, quia non multum uolumus. In his ergo paſchalibus gaudijs ſtudeamus ſanctis deſiderijs incaleſcere, ad quod nos hortatur Greg. di. Ecce paſchalia ſolennia peragimus, ſed ita nobis uiuendum eſt, ut peruenire ad gaudia æterna mereamur. Tranſeunt cuncta quæ temporaliter feſtiuè celebrantur. Curate ergo qui his ſolẽnitatibus intereſtis ne ab æterna ſolẽnitate ſeparemini. Quid prodeſt intereẽ feſtis hominũ ſi deeſſe cõtigat feſtis angelorũ, Vmbra futuræ ſolẽnitatis ẽ ſolẽnitas pſens. Frequẽtatiõe ergo tẽporalis gaudij ad æterna gaudia mẽs incaleſcat. Si ſic fecerimus, ibimus in Emaus. i. in deſideriũ cõſilij. ſ. implẽdi. Secũda ẽ cõſideratio ſãctæ recordatiõis, q̃ notat in hoc ꝙ iſti duo diſcipuli de morte dñi loquebãtur ad memorias reducẽtes paſſionem eius. Ideo uenit ipſe dñs & iũxit ſe cu illis. Et nos igitur ſi deuotæ recordemur amaritudines quas pro nobis paſſus libenter ꝓfecto nobiſcũ aderit. Ipſe ei di. Exo. In omni loco ubi fuerit memoria nominis mei ueniã Vñ Pſ. Memor fui dei & delectatus sũ. ſ. ꝑ ꝑſentiã diuinæ gratiæ. Tertia ẽ cõſiderõ piæ lamẽtatiõis quæ intelligitur eſt hoc, ꝙ iſti duo diſcipuli triſtes erãt loquẽdo uer de Chriſti paſſiõe. Mat. 5 Bti q lu. qñ ipſi conſola. ſ. a dño ei ſpũaliter pñtæ. Cũ itaq; ſic ãbularẽt dolentes iunxit ſe dñs illis corporaliter

Sap. 5.

Exod. 20



liter, ſcilicet, & ſpiritualiter, & ibat cum eis tanquã ſocius itineris Sed cur hoc, ut ſcdm Bedã fidẽ ſuę reſurrectiõis aſtrueret & qđ facturũ ꝓmiſerat impleret, uidelicet, ubi ſunt duo uel tres cõgregati in nom. ibi ſum ĩ medio eorũ. Et qa intus dñm amabãt, ſed tñ de eius reſurrectione dubitabant. Iõ dñs foris in corpore eis apparebat, ſed quis eſſet nõ cognoſcebãt Greg. De ſe loquentibus Dñs pñtiã exhibuit, ſed de ſe dubitantibus cognitionis ſuę ſpeciẽ abſcondit Cõſidera dñi benignitatẽ, nõ potuit ei⁹ amor ſuſtinere ſic ſuos triſtari & errare. Præterea cõſidera eius humilitatẽ, quo humiliter uadit cũ eis tanq̃ ſocius, neque dedignatus eſt hos diſcipulos inferioris gradus. Nõ. n. erãt de Apoſtolis. Nõ ſic faciũt elati, qui nolũt niſi cũ præcipuis uiris ambulare & cõuerſari, Ex dictis, itaq; inſtruimur, ut ſæpe dñicã paſſionẽ recolẽtes dño, patiamur, ut ipſe dignetur manere nobiſcũ. Inepta nãq; lętitia ſępe eſt cã eijciẽdi dñm a ſocietate noſtra, & ſic amittẽdi omnia ſpũalia bona qđ in multis ſæpe cõtingit poſt paſcha q ad ludos currũt & ſpectacula uana, & cor ſuũ relaxãt ad gaudia exteriora. Iõ bñ di. Salu. Luc. Vęh uobis qui ridetis quia lugebitis. Exẽplũ figurale. Miſit me Rodach rex Babiloniorũ literas, & munera ad Ezechiã regẽ iuda, Lętatus eſt autem Ezechias in aduentu eorum, & oñdit eis oĩa quæ habere poterat in theſauris. ſ. non fuit uerũ qđ nõ oñdet eis Ezechias in Domo & ptãte ſua. Venit ergo Iſa. ad regẽ, & dixit ei, quid dixerunt uiri iſti, aut unde uenerũt ad te. Cui Ezec. De Babilone uenerũt. Et Iſa. quid uiderũt in domo tua. Ait Eze. Oĩa quęcũq; in domo mea ſunt, uiderunt. Nihil eſt qđ non mõſtrauerim eis. Dixit ergo Iſa. Audi ſermonẽ dñi. Ecce dies ueniũt & auferẽtur oĩa q̃ in domo tua ſunt, & portata erũt ĩ Babilonẽ, nõ remanebit quicq̃, ait dñs. Cauete nũc ergo cariſſimi a uana lætitia, heri qppe recepiſtis præcioſiſſimũ iocale, uidelicet corpus dñi, qđ ꝓualet oĩbus mũdi theſauris q flos eſt ameniſſimus de quo

Luc. 5.

4. Re. 20

quo Iſa.11.Flos de radice eius aſcendet.Spero etiam q̄ in uobis habetis flores boni propoſiti.Nūc ergo floridi ſunt orti eccleſiæ,id eſt conſcientię iuſtorū.Sed cauēdū eſt ne pluuia uanę uoluptatis aut vétus mūdanę lætitię & uanitatis lædantur & non afferant fructum.Nunc de secūdo quod eſt cōicatio fructuoſa , fructuoſa (inquā) propter tria primo propter incr epationē incredulitatis.Secundo propter information ē ueritatis. Tertio ꝑpter recognitionē dom.maieſtatis.primo igitur &c.qa increpauit eos de tarditate credendi ubi conſiderandū quod cum dominus ſociaſſet eis ait.[*Qui ſunt hi ſermones quos confertis ad inuicē ambulantes & eſtis triſtes?*] Nō quærit ex ignorantia,ſed cōuenientibus ex eorū reſpōſione ſua incredulitas arguatur,ut di.Gre.[*Et reſpōdēs unus cui nomen Cleophas dicit. Tu ſolus peregrinus es in Hieruſalē & non cognouiſti quæ facta ſunt in ea his diebus* ] ly.ſolus non facit excluſionem aliorum peregrinorum cū multi alii peregrini tunc eſſent in Hieruſalē , ſed notat excluſionem cognitionis ab illo ſic apparente ut ſit ſenſus . Cum multi peregrini uenerint in Hieruſalem his diebus mirum eſt quod tu ſolus inter eos ignoras quæ facta ſunt in ea.Beda.Peregrinū putabant cuius uultum nō recognoſcebant. Et dominus interrogauit quæ.ſ.ſunt illa quæ facta ſunt . Et dixerat. [*De Ieſu nazareno qui fuit uir propheta potens in opere & ſermone*]prædicationis . Et quomodo traditus fuiſſet, & crucifixus.Beda prophetam fatentur,filium Dei tacent,uel nondum credentes uel ſolliciti ne inciderent in manus iudæorū, quia neſciebant quis eſſet.Et ſub iūgitur,quia[*ſperabamus ipſum redempturum eſſe Iſrael.*] quia iam euaneſcent ſpes illorum.Cuius cauſa ſubdit [*quia iā tertia dies erat*]ab illis factis qua ſe reſurgere p̄dixerat . Et addunt,quia quædam mulieres terruerūt nos de ablatione corporis eius non inuenti.Tunc ergo dominus increpauit eos di.[*o ſtulti*] propter cæcitatē intellectus[*et tradi corde*]propter tarditatē effectus [*ad*



[*ad credendum his quæ locuti ſunt prophetæ*] de chriſti morte & reſurrectione.Conſidera domini benignitatē quo modo eos,inſtruit di.[*O ſtulti &c.*]O uerbum maximæ charitatis,o quam multis non dici poteſt.O ſtulti & tardi corde ad inquirendum pręcepta Dei , & tardiores ad implendum.O quam benigne recipiendæ ſunt hmōi increpationes correctiue . Eccleſiaſtes:Melius eſt a ſapiente corripi,quam ſtultorum decipi adulationib.Secūdo propter informationē ueritatis,cū di. *Eccl.8* [*Nonne oportebat Chriſtum pati & ita intrare &c.*]Ber . caput noſtrum per tribulationes & anguſtias cœlū intrare uideamus & nos eius mēbra alia itinera ſomniamus pudeat ſuper ſpinato capite membra fieri delicata.Nam ſi pati oportuit eum cuius naturaliter eſt regnum multo magis eos quorum non eſt regnum niſi de gratia ſpeciali . De hoc exemplū habemus in omnibus electis,q ꝑ uiā tribulationis uenerūt ad regnū Dei Iudith.8. Omnes qui placuerūt Deo per multas tribulationes tranſierūt fideles.[*Et incipiens a Moyſe & omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus ſcripturis quæ de ipſo erant*] inducendo ſcripturæ teſtimonia , & aperiendo myſteria quantū ad propoſitum ſufficiebat adducendo nunc unam ſcripturę auctoritatem . Dehinc aliam exponendo & illi paulatim magis ac magis proficiebāt & amplius audire deſiderabāt & ī Chriſti amore feruebant,Gre.Ex audito quippe diuino ſermone in ardeſcit animus corporis frigus recedit,fit mēs in ſuꝑno deſiderio anxia a concupiſcentijs terrenis aliena audire ei libet præcepta cœleſtia. Tertio propter recognitionē dominicæ maieſtatis,Ad cuius cōſiderationē notādum quod cum appropinquarent caſtello Emaus [*Dominus ſe finxit longius ire* ] ad deſignandum eius diſtantiam ab eorum cordibus propter fidei defectum . Aug. Non omne quod fingimus mendacium eſt , ſed quando id quod fingimus nihil ſignat. Sicut autem ſine falſitate non poteſt fingi aliquot uerbum ut in pa-

rabol. ueteri ac noui teſtamenti, ita & factis ut in propoſito. Et coegerunt eum inuitãdo dicen. Mane nobiſcum &c. Moraliter heri, recepiſtis dominum Ieſum. Nunc ergo inuitate eum dicentes. [*Mane nobiſcum*] Verus amicus nõ ipſe eſt, qui ad propriũ cõmodũ, ſed ad proprios sũptus nos dilexit. Immo de ſeipſo fecit ſumptus. Ioannis. 6. Caro mea uere eſt cibus, & ſanguis meus ueræ eſt potus. Cibus quippe uirtuoſus trahit ſumẽtẽ ad unũ, licet ex natura incline tur ad cõtrariũ. Ponit exẽplũ. Aug. de Adã quẽ natura inclinabat ad debilitatẽ, & mortẽ, tamẽ Deus dederat ei cibũ ligni uitę tantę uirtutis ꝙ eum prę ſeruare poterat a morte. Cibus iſte ſpũalis, uidelicet caro Chriſti eſt cibus uitæ. Ioan. Ego ſum panis uitæ. Eos enim qui deuotè eum ſummunt a debilitate & morte peccati præſeruat. Figura. Exodi. Filijs Iſrael datus eſt cibus, de cœlo, ſcilicet manna, quod ſicut dicitur Nee. 9 Tantæ uirtutis fuit quod dum ipſum ſumerent filij Iſrael non erat in tribubus eorum infirmus, ueſtimẽta quoque eorum non ſunt attrita. Sic corpus domini ſpiritualiter ab infirmitate & attritione præſeruat. Rogate ergo dominum cum diſcipulis illis. [ *Mane nobiſcum &c.* ] Intrauit ergo dominus cum illis, & dum recumberent, accepit panem, & aperti ſunt oculi eorum & cognouerunt eum, in modo frangendi. Sic enim frã gebat ſola manu, ac ſi ſcinderetur cum cutello. Gre. Audiendo Dei uerba non ſunt illuminati; faciendo ſunt illuminati, quia ſcriptum eſt. Non auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur Dominus autem cognitus ſtatim euanuit ab oculis eorum, ut eorum deſiderium augeret, & ſe glorioſum corpus habere oſtenderet, quod per dotem agilitatis ſubito diſparere poteſt. Vnde iam cert de reſurrectione dixerunt adinuicem [*Nonne cor noſtrum ardens erat &c.*] Quare eum non tenuimus? Nam ſicut dicit Origenes. Prolato ermone a Saluatore accenduntur audietium cor

*Ioan. 6.*

*Exod. 16*



corda ad amorẽ diuinũ. Vnde patet quam utile ſit uerbum Dei audire.

# FERIA TERTIA POST Paſcha.

S*Tetit Ieſus in medio Diſcipulorum ſuorum, & dixit eis,* Pax nobis.] Lu. 24. Quãdo homines, neq; cũ Deo, neq; cũ cõſcientiis propriis, neq; cũ hoĩbus pacem haberent, ſed diſſidia & inimicitias: Venit Chriſtus, & pacem cœleſtem, & æternam, quàm optarunt Angeli tempore natiuitatis eius diſcipulis offert, non ut ſibi tantum retineant, ſed aliis etiam omnibus communicent per Euangelii prædicationem, qua ſcilicet omnibus credentibus bona cœleſtia per Chriſtum, iam comparata annuncient, atque per ſacramenta applicent, & pro pœnitentia, ac bonis operibus polliceantur uitam æternam. Hoc autem oſtendit in præſenti Euangelio in quo ſunt contemplandę duæ conſolationes gratię. Prima eſt amoroſę apparitionis quia [ *Stetit Ieſus in medio diſcipulorum ſuorum* ] Secunda eſt fructuoſæ allocutionis dicens [*Quid turbati eſtis?*] Quantum ad primam dicitur [ *Stetit Ieſus in medio diſcipulorum ſuorum, & dixit eis. Pax uobis,* Ego *ſum, nolite timere.*] O quanta conſolatio cum uiderunt eum prę ſentem in medio ſui. In hac autem contemplatione contemplanda eſt triplex dulcedo.

Prima eſt dulcedo iocundiſſimæ prę ſentiæ.
Secunda eſt ſuauiſſimę beniuolentiæ.
Tertia eſt ſecuriſſimæ confidentiæ.

Prima eſt &c. Quia ſtetit in medio diſcipulorum ſuorum ut ſe uerum mediatorem oſtenderet. 1. Thimo. 2. Vnus eſt Dei & hominum mediator homo Chriſtus Ieſus, Simus autem & nos ueri Chriſti diſcipuli & ſtatim

& ſtatim aderit nobis per gratiam Sed quomodo erimus eius diſcipuli. Audi ipſum. di. Ioannis. 8. Si manſeritis in ſermone meo, uere diſcipuli mei eritis. (Ample) hoc dilatare potes. Secunda eſt dulcedo ſuauiſſime beniuolentię quia di. eis. Pax uobis. O ſalutatio dulcis & gaudioſa in qua princeps & mediator pacis pacem annunciat inter Deum et homines. Rom. 5. Iuſtificati igitur ex fide pacem habeamus ad deum. Tertia eſt dulcedo ſecuriſſime confidentie quia di. [*Ego ſum, nolite timere*,] ubi enim dominus, ibi ſecuritas. Qui Dei gratiam habet, non habet quod timeat. Spiritualiter & allegoricè. Stat dominus filijs eccleſię prædictas eis dulcedines offerens, Pſalm.
*Pſal. 30.* Quam magna multitudo dulcedinis tuę domine, quam abſcondiſti timentibus te. Anagogicæ autem ſtat dominus in medio amicorum ſuorum in regno cœleſti dans eis pleniſſime dulcedinem, ſcilicet præſentiæ pacem eis conferẽdo ſempiternam & ſecuritatem imperturbabilem, di. [*Ego ſum*] ille quem dilexiſtis, & cui ſeruiuiſtis, &c. Iam non habetis quod timere debeatis. Aug. Felix illa anima quæ terreno reſoluta carcere libera cælum petit quæ te dulciſſimum dominum facie ad faciem cernit, quæ nullo metu mortis afficitur, ſed de incorruptione perpetuæ gloriæ lętatur tranquilla eſt & ſecura non timet hoſtem, neque mortem, habet iam te pium dominum quem diu quæſiuit, & ſemper amauit. O quam dulcis cõſolatio, & quam fructuoſa hmõi gaudia cęleſtia contempla-
*2. Cor. 4.* ri. Ideo benedicit Paulus. 2. Corin. Non contemplantibus nobis quæ uidentur ſed quæ non uidentur, quæ enim uidentur temporalia ſunt, quæ uero non uidentur æterna. Exemplum in uitis patrũ. Beatus Arſenius cum moreretur a fratribus requiſitus ut eis relinqueret unum ædificatorium, et memoriale uerbum, dicit eis, Ibi, ubi, quo dicto emiſit ſpiritum. Poſt cuius tranſitũ ſolliciti fratres de intelligẽtia uerbi miſerunt ad alium quendam ſanctum qui reſcripſit eis, hęc eſt puto uerborum intellgentia ſibi fixa ſint corda, ubi uera ſunt gaudia. Vnde Hieron. ad Euſto. Quotiens uana ſeculi te delectat ambitio, quotiẽs in mundo aliquid uideris glorioſum ad paradiſum mente tranſgredere eſſe, incipe quod futura es & audies a ſponſo tuo. Pone me ut ſignaculum brachio tuo.



Dicendum. Nunc de ſecunda quę eſt fructuoſæ allocutionis quę eſt triplex.

Prima eſt increpatiuę redargutionis.

Secunda eſt declaratiuę manifeſtationis.

Tertia eſt illuminatiuę informationis.

Prima igitur, &c. [*Cum enim turbati & conterriti exiſtimarent ſe ſpiritum uidere, Dixit eis. Quid turbati eſtis & cogi. aſcen. in cor. ue.*] q. d. Ab infimo ueniunt tãquam falſę et fantaſticę non de ſuper de cælo deſcendẽtes tã quam uerę & bonę. Leo papa ad noſtre ambiguitatis detergendam caliginem trepidantium corda increpat & in eis arguit Dominus cogitationes a ueritate diſcordes. Pſalm. Dominus ſcit cogitationes hominum quoniam uanę ſunt. *Pſalm.* Secunda eſt allocutio declaratiuę manifeſtationis, quia declarat eis ueritatem ſuę reſurrectionis. Primo per uiſum di. [*Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipſe ſum.*] O quam deuotè uidere debemus in hæc fidei uulnera manũ & pedũ Ieſu Xpi atque uulnus illud laterale. O quam nos ad amorem Chriſti inflammare debet talis contemplatio. Nam ut dicit Auguſti. Per foramina corporis, mihi patent archana cordis. Patet magnum pietatis ſacramentum uulnera Ieſu Chriſti plena ſunt nunc dulcedine, & charitate. Per has rimas placet mihi guſtare quàm ſuauis eſt dominus. Secundo per tactum cum dicit [*palpate, & uidete quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me uidetis habere.*] Tertio per guſtum [*quia illis adhuc non credentibus & mirantibus præ gaudio*

gaudio dicit, *Habetis hic ne aliquid quod manducetur. At il li obtulerunt ei partem piſcis aſſi & fauum mellis, & cum mã ducaſſet coram eis ſumens reliquias dedit eis.*] Conuenien ter oblata ſunt ei illa duo. Ipſe erat piſcis aſſus ꝑ natu ræ humanæ paſſionem & fauus mellis per naturę diui nę dulcedinem. In fauo etiam mellis utraque natura ſi gnificatur, fauus enim eſt mel in cera. In quo ſignifica tur dulcedo diuinitatis in humanitate. Moraliter Chri ſto offerimus piſcem aſſum per carnis mortificationẽ & fauum mellis per mentis deuotionem. Aliter Chri ſtum reſurrexiſſe uident eum Diſcipuli qui reſurre ctionis eius gloriam meditantur; Ipſum tangunt, & palpant qui ſibi cahritate copulantur. Piſcem aſſum offerunt qui patientiam igne tribulationis decoctam habent pro nomine Chriſti, ſed illi offerunt fauum mellis qui membris eius exhibent opera charitatis. Se quitur. [*Et cum manducaſſet coram illis ſumens reliquias, de dit eis*] ad amoris probationem quòd mãducaſſet par tem, et ad innuendum quòd paſſionem ſuam eis imi tandam proponeret quæ imitatio amara eſt in dolore corporis, ſed dulciſſima in ſpe remunerationis. Tertia eſt allocutio illuminatiuæ informationis, cum dicit. [*Hæc ſunt uerba, &c.*] uerba inquam, ideſt res uerborũ

*Mat.* 20 [*quæ locutus ſum uobis.*] Math. Ecce aſcendimus hiero ſolymam & filius hominis tradetur &c. [*cum adhuc eſſem uobiſcum*] carne mortali ante paſſionem [*quoniam neceſſaria*] ſunt impleri, &c. [*Tunc aperuit ſenſum illis ut intelligerent ſcripturas*] ideſt myſteria in ſcripturis inclu ſa. Tunc enim agnus qui occiſus, eſt, iudicatus eſt, eſſe dignus accipere librum & ſoluere ſeptem ſignacula eius, Apoc. 5. ideſt uniuerſaliter omnia myſteria quæ ſcripta ſunt, De redemptione humani generis & de redemptore quæ non poſſunt intelligi niſi ille aperiat qui habet clauem Dauid qui aperit & nemo claudit, qui claudit & nemo aperit. Apoc. 3. [*Et dicit eis quo niam ſcriptum eſt oportebat pati Chriſtum et reſurgere a mor*

*tuis*



*tuis tertia die.*] Beda. Perdiderat Chriſtus fructum paſ ſionis ſi non eſſet ueritas reſurrectionis [*& prædicari in nomine eius pœnitentiam & remiſſionem peccatorum in om nes gentes.*] 1. Ioan. 2. Remittunt uobis peccata ueſtra propter nomen eius. Hoc dicitur uerè pœnitentibus qui & per nomen Ieſu uitam ęternam & ſalutem con ſequuntur ſi in pœnitentia perſeuerent. Si autẽ ad dia bolum redeant multum timere debent ne dominus eos diabolo relinquat, Iuxta illud Hiere. 17. Domine omnes qui te derelinquunt, confundentur &c. Quod tamen Deus auertat ob ſuam miſericordiam, & Chriſti reſurrectionem, qua diabolus uictus nos li berati ſumus in gloriam filiorum Dei, Amen.

FINIS.

REGISTRVM.

†A B C D E F G H I K L M N O P
Q R S T V X Y Z.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA


TVTISSIMA VIRTVS: PIETAS HOMINI